This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
Andover-Harvard
Theological Library

THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY

Migne, Jac.-Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB *ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA INNOCENTII III* (*ANNO* 1216) *PRO LATINIS* ET AD *CONCILII FLORENTINI TEMPORA* (*ANN.* 1439) *PRO GRÆCIS FLORUERUNT.*

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA; DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES, SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXXXV.

ZONARAS. EUSTATHIUS THESSALON. ALII

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 184, OLIM *CHAUSSÉE DU MAINE*, 127.

1887

BR
60
.M38
t.135

Clichy. — Ex typis PAUL DUPONT, 12, viâ dictâ Bac-d'Asnières. 88.12.87.

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XII. ANNI 1190-1200.

ΙΩΑΝΝΟΥ
ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ
ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

JOANNIS ZONARÆ
OPERA OMNIA

HISTORICA, CANONICA, DOGMATICA.

ACCEDUNT

EUSTATHII THESSALONICENSIS

SCRIPTA AD REM CHRISTIANAM SPECTANTIA

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

ZONARÆ TOMUS POSTERIOR, EUSTATHII PRIOR.

PARISIIS
APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,
IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 189, OLIM *CHAUSSÉE DU MAINE*, 127

1887

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XII, ANNI 1190-1200.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXXV CONTINENTUR.

JOANNES ZONARAS.

Annales (*Continuatio*). col. 9
Epitome annorum ab Adam usque ad annum 6589, *hoc est ad initium Alexii Comneni.* 327
Argumenta rerum quæ in Joannis Zonaræ Annalibus continentur. 333
De Hebdomo Cpolitano Du Cangii Disquisitio topographica. 387
Canon in SS. Deiparam. 413
Expositio Canonum Anastasimorum Damasceni, ex editione Romana, cum interpretatione nostra. 421
Quod non debeant duo sobrini eamdem in matrimonium accipere. 429
De seminifluis. 437
Epistolæ. *Ibid.*

(*Joannis Zonaræ Commentarios in Canones conciliorum, et in Epistolas canonicas SS. Patrum cum Commentariis Theod. Balsamonis, quibus in codicibus mss. subjiciuntur, infra edimus tom. CXXXVII.*)

GEORGIUS XIPHILINUS CPOLITANUS PATRIARCHA.

Decretum de juribus territoriorum. *Ibid.*

ISAACIUS ANGELUS CPOLITANUS IMP.

Novellæ Constitutiones. 439

NEOPHYTUS PRESBYTER.

De calamitatibus insulæ Cypri imperantibus Latinis. 493

JOANNES CHILAS EPHESI METROPOLITA.

Notitia, cui insunt fragmenta dogmatica. 501
De processione Spiritus sancti ad imp. Andronicum seniorem. 506

NICOLAUS METHONENSIS IN PELOPONNESO METROPOLITA.

De corpore et sanguine Christi. 509

(*Consulto omisimus, ut ab instituto nostra alienas, Nicolai Refutationem Institutionis theologicæ Procli, quam Francofurti* 1825 *ediderunt Crutzer et Voemel; item ejusdem Quæstiones et responsiones in programmate Academico ibidem, an.* 1825 *et* 26, *ab ipso Voemel editas.*)

EUSTATHIUS THESSALONICENSIS METROPOLITA.

Notitia. 517
Oratio in Psalmum XLVIII. 519
Oratio anno auspicande habita. 539
Orationes quatuor in S. Quadragesimam. 561
De emendanda vita monachica. 729
Dialogus Theophilus et Heroces inscriptus. 909
Supplicatio Manuelli Comneno imp., nomine civitatis Constantinopoleos oblata cum siccitate laboraret. 925
Allocutio ad imp. Manuelem Comnenum, cum esset Myrorum metropolita electus. 933
Laudatio funebris Manuelis Comneni. 973
Epistola ad Thessalonicenses. 1031
(*Reliqua in tomo sequenti continuantur.*)
Index analyticus in Joannis Zonaræ Annales. 1061

JOANNIS ZONARÆ

ANNALIUM

LIBER DECIMUS SEXTUS.

Α'. Ὁ μὲν οὖν Θεόφιλος ἐπὶ τούτοις ἀπεδίω, ἡ δὲ **A** τῆς βασιλείας ἀρχὴ πρὸς τὸν ἐκείνου μετεβιβάσθη παῖδα τὸν Μιχαήλ, ἔτι παιδίον τυγχάνοντα, ᾧ καὶ ἐπιτρόπους ὁ πατὴρ καταλέλοιπε τὸν μάγιστρον Μανουήλ καὶ τὸν πατρίκιον (34) Θεόκτιστον. Τὴν δὲ τῶν πραγμάτων διοίκησιν ἡ βασιλὶς Θεοδώρα μετεχειρίζετο, καὶ πρῶτον αὐτῇ γέγονε σπούδασμα, ἡ τοῦ διωγμοῦ τῶν ὀρθοδόξων διὰ τὰ σεπτὰ ἐκτυπώματα λώφησις, καὶ τοῦ πατρικίου Θεοκτίστου συνευδοκοῦντος. Ὁ γὰρ Μανουὴλ τῇ τῆς αἱρέσεως οὐκ ἦν καθαιρέσει συγκάτοινος, ὅθεν καὶ ἀνεβάλλετο ἡ πρᾶξις. Ἀλλὰ γὰρ θραύει νόσῳ τοῦτον ἡ Πρόνοια, καὶ ἡ νόσος ἦν κρατσιὰ, καὶ ἀπέγνωστο αὐτῷ ἡ ζωή. Μοναχῶν δέ τινων εἰς ἐπίσκεψιν ἀφικομένων αὐτοῦ, καὶ ὅπως ἔχει πυνθανομένων, ἐκεῖνος λεπτῇ καὶ ἀδρανεῖ τῇ φωνῇ ὅσον ἤδη ἐκλείπειν ἀνταπεκρίνατο. Οἱ δὲ, Εἰ σύνθοιο, ἔφησαν, τῇ τῶν εἰκόνων συνευδοκῆσαι τιμῇ καὶ τὴν βασίλισσαν εἰς τοῦτο παρακροτῆσαι, οὐκ εἰς μακρὰν ἔσται σοι καὶ ῥῶσις σώματος, καὶ σωτηρία ψυχῆς. Κἀὶ ὁ μὲν ἐπηγγείλατο, ἡ δὲ νόσος ἤσθένει, καὶ ὁ Μανουὴλ ἀνερρώννυτο. Ἤδη δὲ τὴν ὑγίειαν ἀπολαβὼν, πρόσειστι τῇ βασιλίσσῃ, καὶ περὶ τῶν σεβαστῶν εἰκόνων ὠμίλει, καὶ τὴν αὐτῶν κατήπειγεν ἀναστήλωσιν, ταῦτα καὶ τῆς μητρὸς αὐτῆς καὶ τῶν συγγόνων πρεσβευόντων τῶν πατρικίων. Ἡ δὲ ξυρὸς ἦν εἰς ἀκόνην. Καὶ πρότερον μὲν τοὺς ἐν ὑπερορίαις (35) παραπεμφθέντας παρὰ τοῦ Θεοφίλου, καὶ τοὺς καθειργμένους ἐν φυλακαῖς, καὶ τοὺς ἄλλαις κακώσεσι προσπαλαίοντας πάντας ἀνῆκεν. Εἶτα καὶ ζήτησιν γενέσθαι προσέταξε περὶ τῆς αἱρέσεως, καὶ **C** γενομένης, ἡ τῶν ὀρθοδόξων ὑπερέσχε πληθύς. Πρὸ τῆς ζητήσεως δὲ τὸν ψευδώνυμον πατριάρχην τὸν γόητα Ἰωάννην τοῦ ἀρχιερατικοῦ κατασπᾷ θρόνου, ἀθέσμως ἐπιβεβηκότα τούτου ἐπὶ ἐνιαυτοὺς ἕξ· ἀντεισάγει δὲ τὸν ἱερὸν καὶ θεῖον Μεθόδιον (36). Καὶ αὐτοῦ προεστῶτος τοῦ τῶν ὀρθοδόξων πληρώματος, ἡ ζήτησις γέγονε, καὶ ἡ τῶν ἁγίων ἐκτυ-

1. Theophilo ad hunc modum defuncto, imperium ad Michaelem ejus filium est translatum, puerum adhuc, cui pater tutores reliquit, Manuelem magistrum, et Theoctistum patricium. Rerum autem administratio penes Theodoram imperatricem fuit, cujus **153** illa prima cura fuit, ut persecutio orthodoxorum ob venerendas imagines instituta, compesceretur, etiam Theoctisto patricio assentiente. Nam Manuel eversionem hæreseos non probabat, eaque de causa res differebatur. Sed eum providentia numinis morbo, eoque tam vehementi, ut de vita ejus desperaretur, frangit. Cum autem monachi quidam ad eum visendum venissent, et ut se haberet, interrogasssent : ille tenui et imbecilla voce respondit, se jamjam deficere. Cui monachi : *Si,* inquiunt *cultui sacrarum imaginum suffrageris, et impatricem ad eumdem cohorteris : non multo post et corporis vires recuperabis et animi salutem adipisceris.* Quod cum recepisset, et morbus decrescebat, et valetudo confirmabatur. Sanitate recuperata imperatricem adit, et de venerandis imaginibus disserit, earumque restutitionem urget, cum eadem et mater ejus et fratres patricii postularent. Illa vero erat, quod aiunt, novacula in cote : cumque prius relegatos a Theophilo revocasset, et vinctos aliisque ærumnis conflictantes dimisisset : postea inquisitionem de hæresi fieri jussit, qua facta, orthodoxorum multitudo superior fuit. Sed ante eam inquisitionem, patriarcham Joannem, indignum illum quidem eo nomine, pontificia sede detraxit, quam per sexennium nefarie tenuerat, in ejusque locum introduxit sacrum et divinum Methodium, quo populum orthodoxum gubernante, inquisitio facta est, et sacræ effigies palam et restitutæ et adoratæ. Tum aiunt imperatricem instantissime orasse patriarcham, aliosque pontifices et monachos, ut communibus precibus imperatoris et conjugis sui salutem a Deo exo-

Variæ lectiones et notæ

(34) Πατρίκιον Θεόκτιστον. Hræfectum Canicleo, ut habet idem scriptor, p. 724. Illius etiam meminit Constantinus Porph. *De adm. imp.* c. 50, initio.

(35) Ὑπερορίαις. Eadem Oratio de orthodoxia, p. 725.

(36) Τὸν ἅγιον Μεθόδιον. Vita ms. S. Joannicii : βραχὺς ὁ μεταξὺ χρόνος, καὶ Θεόφιλος μὲν **D** τῶν τῇδε μετεχώρει· Μιχαὴλ δὲ καὶ Θεοδώρα τὴν ἀρχὴν διαδέχονται. Μεθόδιος δὲ τοῖς ἱεροῖς, ὡς ἱερὸς τῷ ὄντι καὶ Θεοῦ ἄνθρωπος, ἐνιδρύεται θρόνοις, καὶ συνελόντα φάναι, πάντων αὐτῷ πρὸς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν μεταθεμένων, κλύδωνος δὲ πάντως καὶ τρικυμίας κατευνασθείσης, καὶ τῶν πραγμάτων ἠρεμούντων, ἑτέρα τις παρὰ τῶν εὐσεβῶν ἐγείρεται στάσις, καὶ εἰς διττὰς δόξας ἐχώρει. Οἱ μὲν γὰρ συλλειτουργοὺς ἔχειν ἠξίουν τοὺς παρὰ τῶν εἰκονομάχων τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα λαβόντας, ὡς οὐδὲν τούτου τῇ εὐσεβείᾳ λυμαινομένου· οἱ δὲ βεβήλοις ἅγια χερσὶν ἐκδιδόναι ἀνοσίως ὅλως, ἤγουν τό γε οὐ Θεῷ φίλον οὐδὲ ἀπόδεκτον· καὶ μὴν ὡς ἀληθῶς

402

rarent : quod cum illi ferventibus animis fecissent, Deum preces servorum suorum non esse aspernatum, sed ignovisse imperatori Theophilo. Celebrantur hæc, et ab eis qui Dei humanitatem intuentur; et recipiuntur, et creduntur. Neque vero quisquam eis fidem abrogarit, nisi qui parum posse intercessiones sanctorum apud Deum senserit, et Dei bonitatem cum humanis erratis componere ignorarit. Ita igitur sacræ imagines restitutæ sunt. Joannes vero patriarcha ejectus aut Jannes potius, et in monasterium quoddam relegatus, cum illic Christi **154** imaginem, et ejus quæ eum sine semine pepcrit, reperisset, oculos sacrarum imaginum effodit. Quo imperatrix cognito, sancto zelo incitata, impio homini oculos erni jussit, sed mandatum ejus non est peractum, justa illius ira a nonnullis mitigata : nihilominus tamen eum flagris cœdi jussit, plagis ducentis illatis. Sed eo quoque statu impostor ejusque suffragatores, eodem que modo suis privati dignitatibus, quiescere non potuerunt, sed facinus contra sanctum Methodium machinati sunt, sua desperatione et vecordia dignum. Mulierculam quamdam multo auro corruptam subornarunt, quæ se corruptam esse ab inclyto illo viro quereretur. Ejus accusationis principes senatus quæsitores fuere : astitit mulierA πωμάτων εἰς τούμφανὲς προσκύνησίς τε καὶ ἀναστήλωσις . Ὅτε φασὶ καὶ (37) τὴν βασίλισσαν θερμότατα δεηθῆναι τοῦ τε πατριάρχου καὶ τῶν ἄλλων ἀρχιερέων καὶ μοναχῶν κοινὴν προσενεγκεῖν δέησιν (38) τῷ Θεῷ ὥστε σωτηρίας τυχεῖν τὸν βασιλέα καὶ ξυνευνέτην αὐτῆς· καὶ μέντοι θερμότατα δεηθῆναι αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν μὴ παριδεῖν τὴν αἴτησιν τῶν θεραπόντων αὐτοῦ, ἀλλ' ἀξιῶσαι συγγνώμης τὸν βασιλέα Θεόφιλον . Ἅδεται ταῦτα καὶ τοῖς ἀφορῶσι πρὸς τὸ φιλάνθρωπον τοῦ Θεοῦ, καὶ δέχεται, καὶ πιστεύεται. Ἀπιστήσει δ' οὐδείς, ἢ ὅστις οὐ μέγα οἴεται δύνασθαι τὰς τῶν ἁγίων ἐντεύξεις τὰς πρὸς τὸν Θεὸν, οὐδ' ἀντιμετρεῖν οἶδε τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα πρὸς τὰ ἀνθρώπινα ἀγνοήματα. Ἡ μὲν οὖν τῶν ἁγίων εἰκόνων οὕτω γέγονεν B ἀναστήλωσις. Ὁ δὲ καθαιρεθεὶς πατριάρχης Ἰωάννης, ἢ Ἰάννης, ἐν μονῇ τινι περιορισθεὶς, καὶ εὑρηκὼς ἐκεῖ εἰκόνα τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ τῆς αὐτὸ ἀσπόρως τεκούσης, τὰ ὄμματα τῶν σεβασμίων ἐκτυπωμάτων ἐξώρυξεν. Ὁ μαθοῦσα ἡ βασιλὶς, καὶ ζῆλον θεῖον ζηλώσασα, τοὺς τοῦ ἀσεβοῦς ἐκείνου ἐκκοπῆναι προσέταξεν ὀφθαλμούς· ἀλλ' οὐκ εἰς ἔργον ἐξέβη τὸ πρόσταγμα, τῇ βασιλίδι τὴν δικαίαν ὀργὴν καταπραϋνάντων τινῶν. Πέμψασα δὲ σκυτάλῃ τοῦτον ἠκίσατο, τῶν αἰκισμῶν παραταθέντων μέχρις ἑκατοντάδος διπλῆς (39). Ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχων ὁ γόης καὶ οἱ ὁποδοξοῦντες αὐτῷ, καὶ τῇ αὐτοῦ καθαιρέσει ὑποβληθέντες, οὐκ ἠνείχοντο ἡρεμεῖν. Συσκευάζουσι (40) δὲ κατὰ τοῦ ἱεροῦ Μεθοδίου σκαιώρημα, τῆς αὐτῶν ἀπονοίας ἢ κακονοίας μᾶλλον ἐπαξιον. Γύναιον γάρ τι χρυσίου δόσει πολλοῦ ὑποC φθείραντες, κατηγορῆσαι πεπείκασι τοῦ ἀοιδίμου ἐκείνου ἀνδρὸς ὡς συμφθαρέντος αὐτῇ. Καὶ τῆς κατηγορίας οἱ προὔχοντες τῆς συγκλήτου παρῆσαν ἐξεταστάί . Καὶ παρῆκτο τὸ γύναιον, λέγον ὅσα παρὰ τῶν ἀσεβῶν ἐκείνων συκοφαντῶν προκατήχητο, καὶ εἰς πρόσωπον ἐλέγχον δῆθεν τὸν ἅγιον. Ὁ δὲ τέως μὲν ἡσυχίαν ἦγεν· ὡς δὲ σκυθρωπάζον ἐώρα τῆς Ἐκκλησίας τὸ πλήρωμα, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων τὸν μάγιστον Μανουὴλ, ἀνίσταται μὲν, αἴρει δ' ἐπ' ὄψει πάντων ταῖς χερσὶ τὸ κράσπεδον τῆς περιβολῆς, καὶ ἀπογυμνοῖ τὴν αἰδώ· ἡ δὲ ἦν κατεψυγμένη πάντη, καὶ μαρασμὸν ἀπό τινος συμβάματος ὑπομείνασα, ὡς δῆλον εἶναι, μὴ δύνασθαι ταύτην πρὸς ἀφροδίσια ἐνεργεῖν. Τοῦτο τοῖς μὲν θεόφροσι χαρμονῆς καὶ θάμβους ἐγένετο αἴτιον, τοῖς δὲ συκοD φάνταις αἰσχύνης καὶ ἀθυμίας πολλῆς. Ὡς δ' ἠρώτατο ὁ ἅγιος ὅθεν ὁ τῶν αἰδοίων αὐτῷ μαρασμὸς, ὁ αἰδοῖο ὄντως ἐκεῖνος, Ἐστάλην, εἶπε, ποτὲ κατὰ

nuelem magistrum, surgit, et in conspectu omnium fimbria vestis sublata, pudenda detegit, quæ omnino erant frigefacta et contabuerant : ut satis appareret, ea inutilia esse ad rei venereæ usum. Ea res recte sentientibus lætitiæ et stupori fuit, sycophantis pudori et desperationi magnæ. Cum autem vir sanctus rogaretur, unde verenda contabuissent, revera verendus ille ad hunc modum respondit : *Profectus aliquando sum Romam, negotii cujusdam conficiendi causa : ibi degenti mihi carnis inflammationem intulit dæmon, et fuit affectus ille vehementissimus, neque armoris desinebat ardor, sed in dies vehementius incendebatur. Igitur de sana mente sollicitus, ne forte necessitate carnis opprimeretur, principes apostolorum Petrum et Paulum adeo orari, ut mihi periclitanti seccurraut. Noctu dormiens, illos astantes vidi, ac Petrus mihi visus est* D *pudenda mea contrectare digitis, mihique dicere, ne terrerer : ego vero putabam igni virilia mea consumi,*

Variæ lectiones et notæ

τῷ Θεῷ ζῶν Μεθόδιος ἠσχαλλεν, ἠνιᾶτο, τὴν καρδίαν ἐκόπτετο, τὸν μέγαν τοῖς ὡσὶν ἐνηχεῖν Παῦλον μονονουχὶ τοιαῦτα φθεγγόμενον, ὥστε καὶ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου κατὰ σάρκα, etc.

(37) Φασὶ καὶ, etc. Id etiam pluribus commemorat auctor Orationis historicæ in festum Restitutionis imaginum a Combefisio editus, p. 732, 735.

(38) Κοινὴν προσενεγκεῖν δέησιν . Nempe ea Græcorum opinio est, infidelibus, impœnitentibus, et in peccatis mortuis, preces sanctorum proficuas esse. Vide Allatium, *De libris Eccles. Græcor.* dissert. II, p. 123, 125, 126.

(39) Μέχρις ἑκατοντάδος διπλῆς. Symeon Logotheta : Μαστίζει αὐτὸν διακοσίοις λώροις. Solebant nempe numerari flagellorum ictus, ut in *Gloss. med. Lat.* docuimus. Contin. Theophanis, lib. IV, n. 22 : Ἐτύφθη μαγκλάβια ἑξήκοντα.

(40) Συσκευάζουσι. Varia S. Methodii certamina attigit etiam auctor, *De orthodoxia*, p. 718.

τινα χρείαν εἰς Ῥώμην, κἀν ταύτῃ διάγοντι πρώσειν μοι τῆς σαρκὸς ὁ δαίμων ἐπήνεγκε, καὶ ἦν τὸ πάθος σφοδρότατον, καὶ ἡ τοῦ ἔρωτος οὐκ ἔλῃγε φλεγμονὴ, ἀλλ' ὁσημέραι ἀκραιότερον ἐξεκαίετο. Δείσας οὖν περὶ τῷ σώφρονι λογισμῷ, μήποτε τῆς σαρκὸς ἀνάγκῃ ὑποσυρῇ, πρόσειμι τῇ κορυφαίᾳ τῶν ἀποστόλων δυάδι, Πέτρῳ καὶ Παύλῳ, καὶ ἐδεόμην ἀμῦναί μοι κινδυνεύοντι. Ὑπνώττων τοίνυν νυκτὸς, ὁρῶ τὼ ἄνδρε καθ' ὕπνους μοι ἐφεστῶτε, καὶ ὁ Πέτρος ἔδοξέ μοι τοῖς δακτύλοις ἅψασθαι τῆς αἰδοῦς, καὶ λέγειν μοι μὴ πτοεῖσθαι, πῦρ δέ μοι ἐδόκει τὰ παιδογόνα μόρια βόσκεσθαι, ὡς ἐκ τῆς ἀλγηδόνος καὶ τὸ ὕπνον ἀνεῖταί με. Ἐκ τότε γοῦν μοι τὰ μόρια ταῦτα νενέκρωται, καὶ πύρωσις οὐκέτι μοι θεασάμενος καὶ πυθόμενος, αὐτίκα τὴν γυναῖκα παραστησάμενος, ἠρώτα ὅθεν εἰς τὴν κατὰ τοῦ ἁγίου συκοφαντίαν ὥρμηται, καὶ ἠπείλει, εἰ μὴ πᾶσι θεῖτο τὴν ἀλήθειαν ἔκδηλον, αὐτίκα βασάνοις αὐτὴν παραδοῦναι, δι' ὧν ἐκβιασθείη ἀνεκκαλύψαι λαμπρῶς τὸ σκαιώρημα. Ἡ δὲ οὐδὲν ἀπεκρύψατο, ἀλλὰ καὶ τοὺς τοῦ δράματος ἀπήγγειλε πρωτουργοὺς, καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀπάτην, καὶ τοῦ χρυσίου τοῦ μὲν τὴν δόσιν, τοῦ δὲ τὴν ὑπόσχεσιν. Ἐμελλον οὖν οἱ κακοῦργοι ταῖς τῶν συκοφαντῶν ὑποβληθῆναι ποιναῖς, ἀλλ' ὁ μέγας Μεθόδιος αὐτοὺς τῆς τιμωρίας ἐρρύσατο· καὶ ταῦτα μὲν οὕτω γέγονεν.

A *adeo ut præ dolore expergiscerer. Ab eo tempore mihi partes hæc sunt mortuæ, neque ulla mihi flamma libidinis molesta fuit.* Manuel magister his visis et auditis, statim mulierem in medium productam interrogat, unde ad virum sanctum calumniandum impulsa esset? comminatus, nisi veritatem coram omnibus profiteretur, se mox eam **155** iis quæstionibus adhibiturum, quibus commentum perspicue declarare cogeretur. Illa igitur nihil celat, sed et fabulæ primos inventores, et suam imposturam, et aurum partim acceptum, partim promissum recenset. Itaque homines malefici pœnas temere litigantium subiissent, nisi magnus Methodius pro eis intercessisset; atque hæc ita acta sunt.

Β'. Ὁ δὲ τῶν Βουλγάρων ἄρχων γυναικὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν καὶ παιδὶ νεαρῷ κυβερνωμένην μαθὼν, στέλλει τινὰς τῶν αὐτοῦ, ἀπειλῶν, ἀφίστασθαι τῶν σπονδῶν, καὶ ἄραι ὅπλα κατὰ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. Πρὸς ταῦτα τοίνυν δηλοῖ αὐτῷ ἡ βασίλισσα, ὡς Ἀντιτάξομαί σοι πάντως κἀγὼ, καὶ εἰ μὲν Θεοῦ διδόντος ὑπερέξω, ἔσῃ νικηθεὶς ὑπὸ γυναικὸς, καὶ ὅσον σοι τὸ τῆς αἰσχύνης ὑπόγυιον λόγισαι· εἰ δὲ καὶ νικήσεις ἴσως αὐτὸς, οὐκ ἔσται σοι σεμνὸν τὸ εὐτύχημα, γυναῖκα νικήσαντι. Ὡς οὖν ταῦτα τῷ βαρβάρῳ ἠγγέλθησαν, ἀνέστειλαν αὐτῷ τὴν ὁρμὴν, καὶ οἱ συμφέρον ἐκρίθη ἀνανεώσασθαι τὰς σπονδὰς, καὶ αὖται ἀνεκαινίσθησαν. Ἀδελφὴ δὲ τοῦ ἄρχοντος Βουλγαρίας αἰχμαλωτισθεῖσά ποτε καὶ ἐν βασιλείοις διάγουσα τῷ θείῳ τε ἐτελέσθη βαπτίσματι, καὶ γραμμάτων ἐν μυήσει ἐγένετο. Ταύτην ὁ ἀδελφὸς ἀναδοθῆναί οἱ ᾔξίωσε, καὶ ἡ μὲν ἐδόθη αὐτῷ· ὁ δι' ἀντέδωκεν ἄνδρα τῶν λογίμων, Θεόδωρον τὸν Κουφαρᾶν. Ἡ δὲ τοῦ τῶν Βουλγάρων ἄρχοντος ἀδελφὴ ἀφικομένη πρὸς τὸν ὁμαίμονα, ἐνῆγεν αὐτὸν εἰς τὴν τῶν Χριστιανῶν θρησκείαν, διὰ παντὸς αὐτῷ περὶ αὐτῆς διαλεγομένη, καὶ τὰ Χριστιανῶν μυστήρια ἐκθειάζουσα. Ὁ δὲ ταῦτα καὶ πρὸς τοῦ Κουφαρᾶ προκατήχητο, ἀλλ' οὔπω ἐπέπειστο τῶν πατρίων ἀποστῆναι ἐθῶν. Λιμὸς δὲ τοῖς Βουλγάροις συμβὰς, καὶ αὐτὸν καὶ τὸ ἔθνος εἰς θεοσέβειαν μετερρύθμισεν. Ὁ μὲν γὰρ τὸ ἔθνος ἅπαν ἐπίεζε, καὶ οὐκ ἦν ἀποφυγὴ τοῦ κακοῦ, φθορὰ δὲ τοῦ ἔθνους ἐγίνετο, καὶ ἀ σφῶν ἀρχηγὸς ἦν διὰ τοῦτο περιαλγὴς, καὶ ἀπορήσας, εἰς τὸν παρά τῆς ἀδελφῆς αὐτῷ καταγγελλόμενον καταφεύγει, καὶ τοῦτον τοῦ λιμοῦ λυτῆρα καὶ τῆς τοῦ ἔθνους φθορᾶς ἐπεκέκλητο. Ὡς δ' ἐνεργὴς ἦν ἡ ἐπίκλησις, καὶ τῶν κακῶν ἀπηλλάγησαν ἔγνω τοῦ ἐπικληθέντος τὴν δύναμιν, καὶ ἀξιοῖ σταλῆναι αὐτῷ τινα τὸν τὸ μυστήριον αὐτὸν μυήσοντα τῶν Χριστιανῶν, καὶ τελέσοντα τῷ θείῳ βαπτίσματι. Καὶ ἀπεστάλη μὲν ἀρχιερεὺς

B II. Bulgarorum autem princeps cum Romanorum imperium a muliere et tenello puero gubernari cognovisset, suorum quosdam misit, se rupto fœdere arma illaturum Romanis minitans. Ei rescribit imperatrix, se omnino ei resistere velle: quod si Deo annuente superior fuerit, eum a muliere fore victum: quod quam ignominiosum ei futurum sit, cogitandum esse: sin victa fuerit, successum illum parum fore honestum, muliere superata. Hæc nuntiata impetum barbari ita represserunt, ut utilius sibi judicarit renovare fœdus, idemque factum est. Soror porro Bulgariæ principis aliquando capta, dum in aula degit, sacro baptismate est initiata, et litteris erudita. Eam frater repetitam recepit, ejus loco reddito viro erudito Theodoro Cuphara Quæ cum in Bulgariam rediisset, fratrem ad Christianam religionem perducere studuit, assidue de ea cum illo disserens, et Christianorum mysteria, ut divina celebrans. Quamvis autem ille eadem e Cuphara quoque audivisset, non prius tamen a patriis moribus recedere voluit quam pestilentia, fames et ipsum et gentem ad pietatem perduxit. Quæ cum populum universum premeret, neque ullum esset mali effugium, plurimis pereuntibus: princeps ea de causa æger et animi dubius, ad eum confugit, qui sibi a sorore annuntiabatur, eumdemque depulsorem famis et interitus populi invocat. Quæ invocatio cum depulsis malis efficax esset: cognita invocati numinis potentia, petiit mitti sibi aliquem, a quo arcanis Christianæ religionis eruditetur, et sacro baptismate initiaretur. Idque misso pontifice factum est. Cum autem eum Bulgari ob deserta majorum instituta, per seditionem e medio tollere conarentur: ille præcedente crucis signo fretus, victis adversariis, efficit, ut omnes Christianismum amplecterentur. **156** Deinde per legatos ab imperatrice petiit, ut, quia gens sua

locorum angustis premeretur, Romani agri aliquid sibi concederetur, perpetuam pacem et belli societatem pactus. Annuit imperatrix, et quidquid inter regionem, quæ Ferrea dicitur, ac prius Romanos et Bulgaricos fines distinguebat, ac Debeltum interjacet, eis concessit. Eam regionem Bulgari cum accepissent, Zagoram appellarunt. Hinc pax in Occidente constituta est. Verum in Oriente magna fuit Manichæorum multitudo, qui et Pauliciani vulgo imperitius appellantur, vocabulo ex Paulo et Joanne composito, qui etsi apud illos celebres, hæresiarchæ tamen et perversæ opinionis auctores non fuerunt, sed ejus sectatores et studiosi supra modum, et præcones. Eos imperatrix cum in animo haberet ab hæresi ad veram religionem retrahere, viros illustres mittit, qui cum negotium nulla dexteritate nulloque ingenio administrassent, non modo inanem laborem ceperunt, sed et ad defectionem populum omnem, cujus multa millia numerabantur, impulerunt : ut cum Ismaelitis conjunctus, et Romanos oppugnaret, eisque multas clades inferret. At imperator Michael, annos pueritiæ egressus, et jam adolescens, iniquo ferebat animo regni administrationem esse penes alios, simulque ab avunculo Barda, uno e suis tutoribus, ad principatus, suo arbitratu, gerendi cupiditatem incitabatur. Manuel vero quodam tempore orta cum Logotheta cursus Theoctisto controversia (erant et hi ambo tutores imperatoris) regia, in qua tum degebat, relicta, in suas ædes remigrat, atque inde regiam frequentans, rerum administrationem capessit. Ea res Bardæ singulari voluptati fuit, et Theoctistum etiam amovere studuit. Nam cum regni cupiditate flagraret, metuebat, ne ab illo impediretur. Imperatori porro pædagogus erat homuncio vilis et improbus, sed adolescenti adeo gratus, ut eum illustriore dignitate ornatum vellet, eamque rem a matre peteret. Verum Theoctistus negabat pædagogo tribuendam dignitatem, quæ illius conditionem superaret, ne dignitates indignitate afficerentur. Ex eo Theoctistus pædagogo invisus fuit, idque Bardæ **157** peropportunum accidit ad desiderium suum exsequendum. Per pædagogum igitur varias contra Theoctistum calumnias imperatoris auribus instillat, ejusque facilitatem in illum concitat, denique ejus etiam amovendi fit auctor. Id vero aliter posse fieri negabat, quam si occideretur. Nam eum viventem ab imperatrice defensum iri, et auctoritate valiturum. Decreta viri cæde, observatur ejus e thalamo imperatricis egressus. Nam ad eam et quid actum, et quid agendum esset, referebat. Egredienti percussor immittitur. Cum autem ille strictum ensem contra se elatum cerneret, scamnum subiit, percussor ensem in ventre ejus defigit, Barda etiam strictum ensem vibrante, et necem ei minitante, qui morienti illi opem ferret.

A πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ καὶ ἐμυήθη καὶ ἐβαπτίσθη. Οἱ Βούλγαροι δὲ ὡς τῆς πατρίου τιμῆς καὶ δόξης ἀποστάντος, κατεξανίστανται τοῦ σφῶν ἀρχηγοῦ, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀνελεῖν. Ὁ δὲ τῷ σταυροῦ σημείῳ θαῤῥήσας προπορευομένῳ αὐτοῦ, νικᾷ τοὺς ἀντισταντας αὐτῷ καὶ οὕτω πάντες εἷλοντο τὰ Χριστιανῶν. Εἶτα διεπρεσβεύσατο ὁ τούτων ἐξάρχων πρὸς τὴν βασίλισσαν, αἰτῶν γῆς αὐτῷ παραχωρηθῆναι Ῥωμαϊκῆς, στενοχωρεῖσθαι γὰρ τὸ ἔθνος αὐτοῦ, καὶ ἀΐδίους σπονδὰς πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, καὶ ὁμαιχμίαν ἐπαγγελλόμενος. Καὶ ἡ βασιλὶς αὐτῷ τὴν αἴτησιν ἐξεπλήρωσε, καὶ οἱ τῆς ἀπὸ τῆς λεγομένης Σιδηρᾶς παρεχώρησε χώρας, ἣ τὰ Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων διώριζε πρὶν, μέχρι τῆς Δεβελτοῦ· ἣν λαβόντες οἱ Βούλγαροι, κεκλήκασι Ζαγοράν (41). Κἀντεῦθεν εἰρήνη γέγονε περὶ
B τὰ Ἑσπέρια. Κατὰ τὴν Ἑῴαν δὲ τὸ τῶν Μανιχαίων πλῆθος ἦν πολὺ, οἱ καὶ Παυλικιάνοι ἀγροικότερον παρὰ τοῦ δημώδους ὄχλου καλοῦνται, ἐκ Παύλου καὶ Ἰωάννου τῆς κλήσεως συγκειμένης αὐτοῖς· τὼ δ' ἄνδρε τούτω παρὰ Μανιχαίοις ἐγενέσθην ὀνομαστὼ, εἰ καὶ μὴ ἦστην αἱρεσιάρχα, καὶ τῆς κακοδοξίας γεννήτορε, ζηλωτὰ δὲ ταύτης καὶ σπουδαστὰ διαφερόντως, καὶ κήρυκε. Καὶ τούτους τοίνυν ἡ βασιλὶς εἰς νοῦν ἐβάλετο μεταγαγεῖν εἰς ὀρθοδοξίαν ἐκ τῆς αἱρέσεως, καὶ στέλλει τοὺς τοῦτο σπεύσοντας ἄνδρας τῶν ἐπιφανεστέρων. Οἱ δὲ ἀδεξίως τὸ πρᾶγμα καὶ ἀφυῶς μεταχειρισάμενοι, οὐ μόνον ἀνήνυτον ἔθεντο τὴν σπουδὴν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀποστασίαν ὥρμησαι τὸ γένος ὅλον εἰς
C μυριάδας πολλὰς ἀριθμούμενον ἐδιάσαντο. Ὅ καὶ τοῖς ἐξ Ἰσμαὴλ συμμιγνύμενον, κατὰ Ῥωμαίων σὺν αὐτοῖς ἐστρατεύετο, καὶ πολλῶν αἴτιον αὐτοὶς γέγονε συμφορῶν. Ὁ δέ γε βασιλεὺς Μιχαὴλ τὸν μείρακα παρελάσας, καὶ νεανίσκοις ἄρτι καταλεγόμενος, ἤσχαλε παρ' ἄλλοις τὴν τῆς βασιλείας βλέπων διοίκησιν, ἠρέθιστο δὲ καὶ πρὸς τοῦ πρὸς μητρὸς θείου τοῦ Βάρδα τῆς αὐταρχίας πρὸς ἔρωτα· εἷς δ' ἦν καὶ οὗτος τῶν ἐπιτρόπων τοῦ Μιχαήλ. Διαφορᾶς δέ ποτε τῷ μαγίστρῳ Μανουὴλ γενομένης πρὸς τὸν λογοθέτην τοῦ δρόμου Θεόκτιστον (καὶ ἄμφω δὲ συνεπιτρόπω τοῦ βασιλέως ἐτυγχανέτην), ὁ Μανουὴλ τῶν ἀνακτόρων ὑποχωρεῖ (ἦν γὰρ ἐκεῖ διαιτώμενος) καὶ εἰς τὸν οἰκεῖον εἶκον μεταχωρεῖ, κἀκεῖθεν εἰς τὰ βασίλεια ἀπιὼν, τῶν διοικήσεων εἶχετο. Τοῦτο τῷ Βάρδᾳ θυμηρέστατον
D ἔδοξεν, ἀποσκευάσασθαι γοῦν καὶ τὸν Θεόκτιστον διὰ σπουδῆς αὐτῷ ἦν· βασιλειῶν γὰρ ἐδεδοίκει τοῦτον· ὡς οἱ πρὸς τοῦργον ἀντιστησόμενον. Τῷ βασιλεῖ τοίνυν παιδαγωγὸς ἦν, ἀνδράριόν τι φαῦλον καὶ πονηρόν· ὃν δι' ἐφέσεως εἶχεν ὁ βασιλεὺς ἀξιώματι τῶν λαμπροτέρων τιμῆσαί τινι, καὶ ἐποιεῖτο περὶ τούτου τὴν πρὸς τὴν μητέρα ἀξίωσιν. Ὁ δὲ Θεόκτιστος μὴ δεῖν ἔλεγε μείζονι τὸν παιδαγωγὸν τῆς ἑαυτοῦ καταστάσεως τιμηθῆναι τιμῇ, ἵνα μὴ ἀτιμοῖντο τὰ ἀξιώματα. Ἐντεῦθεν δι' ἔχθρας ἦν τῷ παιδαγωγῷ ὁ Θεόκτιστος. Τοῦτο τοίνυν ὁ Βάρ-

Variæ lectiones et notæ.

Ζαγορὰν. Vide Cedrenum, p. 746, et *Familias Dalmaticas*, p. 310.

δας (42) τῆς οἰκείας σπουδῆς προὐστήσατο σύστασιν, καὶ διὰ τοῦ παιδαγωγοῦ ποικίλας διαβολὰς ἐνήχει τοῖς τοῦ βασιλέως ὠσὶ, καὶ τὴν ἐλαφρίαν αὐτοῦ κατὰ τοῦ Θεοκτίστου ὑπέκνιζε, καὶ τέλος ἐκ μέσου αὐτὸν ποιήσασθαι ὑποτίθησι. Τοῦτο δὲ μὴ ἂν ἄλλως γενήσεσθαι ἀνυστὸν, εἰ μὴ ἀναιρεθείη ὁ ἄνθρωπος· ζῶντος γὰρ ἀνθέξεσθαί τε αὐτοῦ τὴν βασιλίδα, καὶ περιέξεσθαι. Ὡς οὖν ὁ τοῦ ἀνδρὸς ἐκεκύρωτο θάνατος, ἐπιτετήρητο ἐκ τῶν τῆς βασιλίδος ἐξιὼν θαλάμων· (ἦν γὰρ ἀναφῃρων αὐτῇ περὶ ἀναφορῶν τε καὶ διοικήσεων) κακεῖθεν ἐξιόντι καθιᾶσιν αὐτῷ τὸν σφαγέα. Ὁ δὲ γυμνὸν ἰδὼν τὸ ξίφος ἡρμένον καθ' ἑαυτοῦ, ὑπὸ σκάμνον εἰσέδυ, καὶ ὁ σφαγεὺς κατ' αὐτοῦ τὸ ξίφος ὠθεῖ τῆς γαστρὸς, καὶ τοῦ Βάρδα ξίφος ἐσπασμένου καὶ ἀνασείοντος, καὶ ἀπειλοῦντος πλήξειν αὐτῷ τὸν ἀμυνοῦντα τῷ θνήξοντι. Ὁ μὲν οὖν Θεόκτιστος (43) ἀνῄρητο ὥσπερ εἴρηται. Ἡ δέ γε βασιλὶς ὡς ἔγνω τὸ γεγονὸς, ἐξέθορε τοῦ θαλάμου γοωμένη, καὶ τῷ υἱῷ λοιδορουμένη, καὶ τῷ ὁμαίμονι, ἐπαρωμένη σε καὶ ἀμφοῖν, τοιούτῳ τέλει τὸν βίον ὑπεξελθεῖν. Ὁ δὲ Βάρδας ἐπισυνάπτων κακὸν τῷ κακῷ, καὶ τὰ πρὸς τὴν οἰκείαν μελέτην προκαθιστῶν τε καὶ προοικονομούμενος, καὶ αὐτὴν τὴν βασιλίδα Θεοδώραν συνεβούλευσε τῶν ἀνακτόρων κατενεγκεῖν. Ἡ δὲ συνεῖσα τὸ βουλευόμενον, ἀντιστῆναι οὐχ ἡρετίσατο, ἵνα μὴ σφαγαὶ ἀνθρώπων συμβῶσιν ὁμογενῶν. Μεταπεμψαμένη δὲ τοὺς τῆς βουλῆς, Αὐτὴ μὲν, ἔφη, τῶν βασιλείων ἐξίσταμαι· ἵνα δὲ μὴ ἔχῃ λέγειν ὁ βασιλεὺς, ὡς κενὰ θησαυρῶν τὰ ταμιεῖα εὗρηκε τὰ βασίλεια, διὰ τοῦτο ὑμῖν τὰ τεθησαυρισμένα δηλῶ· καὶ αὐτίκα τοὺς ταμίας εἰπεῖν ἐκέλευσε τοῦ χρυσοῦ καὶ τοῦ ἀργύρου τὸν ἀριθμόν. Οἱ δὲ χίλια μὲν καὶ ἐννενήκοντα χρυσίου ἔχειν κεντηνάρια κατετίθεντο, ἀργύρου δὲ ὡσεὶ τρισχίλια κεντηνάρια. Ἡ δὲ βασιλὶς, Πρὸς τούτοις ἔφη, καὶ ἄλλος πολὺς πλοῦτος, καὶ παντοδαπὸς τεθησαύρισται· καὶ ταῦτα εἰποῦσα, τῶν ἀνακτόρων ἀπῆλθεν.

Γ'. Ὁ δέ γε Μιχαὴλ τῆς αὐταρχίας ἐγκρατὴς γεγονὼς, ταχὺ τὸν τοσοῦτον διεσκόρπισε πλοῦτον, μίμοις, καὶ κόλαξι, καὶ ἡνιόχοις τοῦτον καταπροέμενος, καὶ ὅλαις ἁμάξαις, τὸ τοῦ λόγου, αὐτὸν ἐκκενῶν. Ὡς ἐπεὶ τὰ ταμιεῖα κεκένωτο· ὁ δὲ καιρὸς ἐφίστατο τῆς τοῖς ἀξιώμασιν (44) ἀνηκούσης διανομῆς, καὶ οὐκ εἶχεν ὅθεν ταύτην ποιήσεται, τὴν πλάτανον τὴν χρυσῆν (45), καὶ τοὺς διττοὺς λέοντας, καὶ τοὺς τοσούτους γρύπας, καὶ τὰ ὄργανα, ἐκ χρυσοῦ ἅπαντα εἰργασμένα, καὶ εἰς κόσμον ὄνεα τῆς βασιλείας, ἔκπληξιν δὲ ἐμποιοῦντα τοῖς ἐξ ἐθνῶν, χωνεύσας, δέδωκεν εἰς

A Theoctisto ad hunc modum sublato, imperatrix facinore cognito, ejulans thalamo exsiliit, conviciis filium et fratrem insectata, et utrique similem interitum imprecata. Bardas vero malum malo cumulans, et ad consilia sua exsequenda viam præparans, ipsam quoque imperatricem e regia removendam esse suadet. Quo consilio Theodora intellecto, ad vitandas cognatorum cædes, non resistendum esse illis censuit, sed accersito senatu : *Ipsa quidem*, inquit, *regia cedo. Ne vero imperator dicere possit, se thesauris vacua invenisse conclavia imperatoria : ea de causa repositam pecuniam vobis significo.* Et quæstores statim auri argentique numerum referre jussit. Illi, se centenarios auri mille et nonaginta, argenti circiter mille habere affirmarunt. Imperatrix vero : *Præter hæc*, inquit,
B *multæ omnis generis opes sunt repositæ.* His dictis, regia excessit.

C III. Michael vero rerum potitus, tantas copias brevi tempore dilapidavit, in mimos, adulatores, et aurigas insumptas, cum quidem eas totis plaustris, ut aiunt, effunderet. Thesauris jam exhaustis, cum tempus instaret pecuniæ iis distribuendæ qui dignitatibus præditi sunt, neque haberet unde largiretur : auream platanum, duos leones, totidemque gryphes, et organa, ex auro facta omnia, quæ et regiam ornabant, et exteris gentibus admirationi erant, conflavit, atque inde numismata cudi jussit. Idem et in regiis stolis fecit, quarum nonnullas adhuc integras, post 158

Variæ lectiones et notæ.

(42) Βάρδας. Id ipsum narrat etiam anonymus in Vita S. Nicolai Studitæ, p. 934.

(43) Ὁ μὲν οὖν Θεόκτιστος. Cæsum Theoctistum εἰς κοῖλα τοῦ Ἱπποδρομίου scribit Codinus, in *Orig. CP.* n. 109.

(44) Τοῖς ἀξιώμασιν. Vide *Gloss. mediæ Græcit.* in Ῥόγα.

(45) Τὴν πλάτανον τὴν χρυσῆν. Sed dubitare licet an hæc platanus cæteraque hic memorata palatii ornamenta a Michaele conflata fuerint, cum eadem Romano Lacapeno imperante adhuc exstitisse tradat exserte αὐτόπτης ipse Luitprandus, lib. VI, cap. 2, nisi quæ Michaelis tempore erant, prorsus aurea fuerint, hæc porro ærea duntaxat deaurata : *Ærea*, inquit, *sed deaurata quædam arbor ante imperatoris oculos stabat : cujus ramos itidem æreæ diversi generis deauratæque volucres replebant, quæ secundum species suas diversarum avium voces emittebant* Mox : *Sed sedile quod erat immensæ magnitudinis, incertum utrum ærei an lignei rursum auro tecti leones, quasi custodiebant*, etc. De hac platano, Porphyrogenitus in avi Vita, n. 29, edit. Combefisii : Λέγω δὴ τὴν χρυσῆν ἐκείνην καλουμένην πλάτανον, καὶ τοὺς δύο ὁλοχρύσους γρύπας, καὶ τοὺς δύο χρυσοῦς σφυρηλάτους λέοντας, etc. Verum hic satis innuit aliud esse ὁλόχρυσον, aliud χρύσεον, posteriori enim voce quidquid inauratum, aut auro obductum est, videtur intelligere.
D Neque aliter Chronicon ms. ab Adamo ad Leonem Phil. in Theophilo : Φιλόκοσμος δὲ ὢν ὁ αὐτὸς Θεόφιλος, κατεσκεύασε διὰ τοῦ ἄχοντος τοῦ χρυσοχείου, λογιωτάτου πάνυ ὄντος, καὶ συγγενοῦς τοῦ Ἀντωνίου πατριάρχου, τὸ λεγόμενον Πενταπύργιον ἐξ ἀρχῆς, καὶ τὰ μέγιστα δύο ὄργανα ὁλόχρυσα, διαφόροις λίθοις καὶ ὑελίοις κατακαλλύνας αὐτά· δένδρον τε χρύσεον, ἐν ᾧ στρουθοὶ ἐφαλλόμενοι διὰ μηχανῆς τινος μουσικῶς ἐκελάδουν, τοῦ πνεύματος διὰ κρυφίων πόρων ἐκπεμπομένου. Sic alii. Ita in iambis thecæ reliquiariæ Aunæ Commnenæ carpum manus S Joannis Baptistæ continentis, in formam manus compactæ, ascriptis, quosque in nostra *Constantinopoli*, lib. IV, sect. 4, n. 1, descripsimus, illa χεὶρ χρυσῆ dicitur, licet prorsus ærea sit, primitus aurata. Ita statuæ aureæ quæ viris de re-

illius interitum imperio potitus Basilius recepit, tribus duntaxtat centenariis de tanta summa repertis. Matrem vero suam Michael regis digressam quiescere non est passus, sed Bardæ instinctu, et ipsam et sorores capillis tonsis, in ædibus Cariani includit, ademptis omnibus quæ habuerant. Theodora his rebus animo sauciato, in illius loci monasterium commigrat, neque diu tantæ calamitati superstes manet. Ejus vero filiæ, imperatoris sorores, mala in quæ conjectæ erant, tolerabant : donec eas Basilius Macedo rerum potitus, in monasterium aviæ maternæ, quod Gastriorum nomen habet, deduxit. Matre imperatoris e regia amota (ut dictum est) totius imperii administratio ad Bardam venit, cui nepos curopalatæ honorem detulit. Post hæc Michael prima succrescente lanugine bellum Agarenis infert, eorumque urbem Samosata ad Euphratem sitam obsidere aggreditur. Ismaelitæ, portis vectibus occlusis, intra urbem manent, hostibus opinionem afferentes, quasi timerent, eo quod se muris tuerentur. Ea res Romanis auxit audaciam, ut et incircumspecte tentoria figerent, et incaute palarent. Agareni vero timore per triduum simulato, tandem portis subito apertis, cum impetu vehementi et clamore Romanorum castra sunt aggressi. Neque vero quisquam eorum impetum sustinuit, sed fugam fecerunt omnes, atque ab hostibus oppressi, partim cæduntur, partim capiuntur. Manichæi quoque Ismaelitis opem ferentes, multos illustres duces captos magna pecunia vendiderunt. Nec multum abfuit quin imperator ipse caparetur, nisi equi velocitate hostibus evitatis, evasisset. Castra et imperatorium tabernaculum cum omni instrumento capta sunt, cæteraque direpta omnia. Ac tum recessit Michael. Cum vero Agarenos denuo Romanas provincias invasisse cognovisset : cum majoribus copiis contra eos proficiscitur. Illi vero per invia compendia subito Romanos aggressi, in fugam verterunt, ac ipse captus esset imperator, nisi Manuel magister legionum domesticus, eum conservasset. Cum autem hostes Romanas ditiones vastare non desisterent, Petronas avunculus imperatoris, cum Romanis copiis contra eos mittitur : qui cum **159** prælium committere non auderet, sed a bello abhorreret, monachum quemdam in monte degentem, virtute et rerum futurarum prævisione celebrem consulit, an Martis aleam experiri debeat? Qui cum annueret, eique victoriam polliceretur : cum hostibus congreditur, Agarenorum exercitus succumbit, ejusque

A τὸ κοπῆναι νόμισμα δι' αὐτῶν. Ἀλλὰ μέντοι καὶ ἐπὶ βασιλικαῖς στολαῖς τοῦτο ἐποίησεν, ὧν τινα ἐκείνου φθαρέντος ἔτι περισωζόμενα, ὁ μετ' αὐτὸν βασιλεύσας Βασίλειος ἀνεκομίσατο, τρία μόνα κεντηνάρια εὑρηκὼς ἐκ τῆς ἀπῃριθμημένης ποσότητος. Τὴν ἑαυτοῦ δὲ μητέρα ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλείων ὑποχωρήσασαν οὐκ εἴασεν ἠρεμεῖν, ἀλλ' ὑποθήκαις τοῦ Βάρδα πέμψας ἀποκείρει καὶ αὐτὴν καὶ τὰς ἀδελφὰς, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Καριανοῦ (46) περιορίζει, καὶ ὅσα προσῆν αὐταῖς ἀφαιρεῖται. Τούτοις ἡ Θεοδώρα πληγεῖσα τὴν ψυχὴν μεταχωρεῖ πρὸς τὰς ἐκεῖσε μονὰς, ὀλίγον τῇ συμφορᾷ ἐπιζήσασα. Αἱ δὲ θυγατέρες αὐτῆς καὶ τοῦ βασιλέως ὁμαίμονες ἤντλουν τὰ αὐταῖς ἐπενηνεγμένα κακὰ, ἃς ὁ Μακεδὼν μετα ταῦτα
B Βασίλειος τῆς βασιλείας ἐπιλαβόμενος πρὸς τὴν τῆς πρὸς μητρὸς αὐταῖς μάμμης μονὴν ἡ Γαστρία καλεῖται ἀπήγαγε. Τῆς δὲ τοῦ βασιλέως μητρὸς, ὡς εἴρηται, τῶν ἀνακτόρων ἐκστάσης, ἡ πᾶσα τῆς βασιλείας διοίκησις ὑπὸ τὸν Βάρδαν ἐγένετο, τιμηθέντα κουροπαλάτην πρὸς τοῦ ἀνεψιοῦ. Εἶτα ἐκστρατεύει ὁ Μιχαὴλ κατὰ τὸν Ἀγαρηνῶν, ἄρτι πρώτως ὑπηνήτης γινόμενος, καὶ πόλιν αὐτῶν τὰ Σαμόσατα (αὕτη δὲ τῶν παρευφρατιδίων ἐστὶ) πολιορκεῖν ἐπεχείρησεν. Οἱ δ' Ἰσμαηλῖται, τῆς πόλεως τὰς πύλας τοῖς πολιορκοῦσιν ἐπιζυγώσαντες, ἐντὸς ἔμενον, δόκησιν διδόντες αὐτοῖς, ὡς δειλιῶντες, ἔνδον τοῦ περιβόλου συνέκλεισαν ἑαυτούς. Τοῦτο τοὺς Ῥωμαίους εἰς θράσος ἐνῆκε, καὶ ἀπε-
C ρισκέπτως ἐσκηνῶντο, καὶ ἀφυλάκτως ἐσκίδναντι. Ἐπὶ τρισὶ δ' ἡμέραις ὑποκριθέντες δειλίαν οἱ Ἀγαρηνοὶ, ἀθρόον τὰς πύλας ἀναπετάσαντες, μετὰ ῥύμης σφοδρᾶς καὶ ἀλαλαγμοῦ τῷ τῶν Ῥωμαίων ἐπίασι χάρακι, καὶ οὐδεὶς ὑπέστη τὴν τούτων ὁρμήν· πρὸς δρασμὸν δι' οἱ πάντες ἀπεῖδον, καὶ καταλαμβανόμενοι, οἱ μὲν ἀνῃροῦντο, οἱ δ' ἐζωγροῦντο· Ὅτε καὶ οἱ Μανιχαῖοι τοῖς Ἰσμαηλίταις συμμαχοῦντες πολλοὺς τῶν ἐπιφανῶν ἐζώργησαν στρατηγῶν, καὶ χρημάτων αὐτοὺς μεγάλων ἀπέδοντο. Τότε τοίνυν μικροῦ καὶ ὁ βασιλεὺς ἁν ἑλήφθη αὐτὸς, εἰ μὴ τῇ ταχυτῆτι τοῦ ἵππου τοὺς πολεμίους ὑπεκδραμὼν διασέσωστο. Ἑλήφθη δὲ τὸ στρατόπεδον, καὶ ἡ βασιλικὴ σκηνὴ, καὶ ἡ πρὸς ὑπηρεσίαν τοῦ βασιλέως ἀποσκευὴ, καὶ τἆλλα πάντα διήρπαστο. Τότε μὲν οὖν ὑπέστρεψεν ὁ Μιχαήλ. Αὖθις δὲ τοὺς Ἀγαρηνοὺς ἐπιόντας ταῖς
D τῶν Ῥωμαίων χώραις μαθὼν, ἔξεισι κατ' αὐτῶν μετὰ βαρύτερας δυνάμεως. Οἱ διὰ δυσόδων τόπων, ἐπιτόμων δὲ, διελθόντες ἀπροσδόκητοι τῷ Ῥωμαίων ἐπῆλθον στρατῷ, καὶ τρέπονται τοῦτον.

Variæ lectiones et notæ.

publica bene meritis olim decernebantur in senatu, aut **locis** aliis, non revera ex auro solido erant, sed æreæ *auro superfusæ*, ut est in veteri inscriptione 353, 4, *auro illustres*, ut in alia 370, 3 : quod satis præterea innuit Isidorus Pelusiota, lib. I, epist. 395 ; lib. II, epist. 286, et lib. III, epist. 411. In Anthолog. lib. IV, *De Statua aurea Aureliani :* Χρύσεος ἵστηκεν Αὐρηλιανός. Quomodo Virgilius, Eclog. VII :

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus : at tu, Si fortuna gregem suppleverit, aureus esto.

Ita apud Harpocrationem, de quodam Epicrate, Ὃς χαλκοῦς ἐστάθη διὰ τὸν νόμον τὸν περὶ τῶν ἐφήβων, id est, *ærea statua donatus fuerat.* Vide *Chronicon Alexandrinum*, an. 10 Theodosii M. et an. 36 Theodosii Jun.

(46) Ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Καριανοῦ. Nicetas Paphlago, ἐν τοῖς Καριανοῦ λεγομένοις. Vide nostram *Constantinopolim. Christ.*

Ἦλω δ' ἂν καὶ ὁ βασιλεὺς. εἰ μὴ μάγιστρος Μα- A princeps Amer cadit. Cujus filius qui prælio non
νουὴλ, τῶν σχολῶν τυγχάνων δομέστικος. αὐτὸν intererat (prædatum enim exierat), clado patrisque
διέσωσατο. Οἱ δ' ἐναντίοι κακοῦντες τὰ τῶν Ῥω- interitu cognito, fugam capessit, e qua tamen re-
μαίων οὐκ ἐλήγον. Στέλλεται γοῦν κατ' αὐτῶν ὁ tractus est, et duci traditus. Fertur autem Amer
τοῦ βασιλέως μητράδελφος ὁ Πετρωνᾶς μετὰ Ῥω- ante pugnam hanc e captivo quodam percontatus,
μαϊκῶν δυνάμεων αὐτοῖς ἀντιτάξασθαι. Ὁ δὲ οὐκ quomodo castrorum locus vocaretur? ut amnis
ἐθάῤῥει τὴν συμβολήν, ἀλλ' ἐδειλία τὸν πόλεμον. præterfluens diceretur? quæ toti ei regioni indita
Μαθὼν οὖν ἐν ὄρει τινὶ μοναχὸν ἀσκούμενον, τὴν esse appellatio? Cum autem ille respondisset,
ἀρετὴν διαβόητον, καὶ προορῶντα τὰ μέλλοντα, regionem Lalacaonem, valli locum Ptosantem,
ἔπεισι πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐρωτᾷ εἰ τῷ πολέμῳ ἐπι- fluvium Gyrem appellari : omine e nominibus
χειρήσειε; καὶ ὃς ἐπιτρέπει, καὶ νίκην αὐτῷ ἐπαγ- sumpto dixisse, inauspicatum sibi belli exitum iis
γέλλεται. Ἀπῆλθε τοίνυν ὁ Πετρωνάς, καὶ τοῖς ἐναν- vocabulis portendi. Nam Lalacaonem, *populi afflictionem:* Ptosantem, *casum* interpretabatur: e
τίοις προσέβαλε, καὶ ἡττᾶται μὲν ἡ τῶν Ἀγαρηνῶν fluvii autem nomine suos ab hostibus circumven-
στρατιὰ, πίπτει δὲ ὁ ταύτης κατάρχων Ἄμερ. Ὁ tum iri divinabat. Petronas victoria parta trium-
δὲ τούτου υἱὸς ἐκ τοῦ πολέμου ἀπών (εἰς γὰρ phans Byzantium reversus, honorifice excipitur, et
λείαν ἐτύγχανεν ἀποδεδημηκὼς) τὴν ἧτταν καὶ B legionum domesticus designatur. Jam enim Manuel
τὴν φθορὰν μαθών τοῦ πατρὸς, ἀπεδίδρασκεν, ἀλλὰ magister in vivis esse desierat. Neque multo post
καὶ οὗτος ἐν τῷ δρασμῷ συλληφθεὶς παρεδόθη τῷ et ipse naturæ debitum persolvit.
στρατηγῷ. Αἴγεται δὲ πρὸ τοῦ πολέμου τούτου
ὁ Ἄμερ τῶν αἰχμαλώτων πυθέσθαι τινὸς πῶς ὁ τόπος ἐν ᾧ ἡ παρεμβολὴ καλοῖτο, καὶ ὅπως ὁ παραῤῥέων
λέγεται ποταμός· καὶ τίνος ἡ ὅλη ἐκείνη χώρα ἔτυχε κλήσεως. Ὡς δὲ τὴν μὲν χώραν Λαλακάωνα (47)
εἶπεν ἐκεῖνος κεκλῆσθαι. Ἠτώσαντα δὲ τὸν τόπον τοῦ χάρακος, καὶ Γύρην τὸν ποταμὸν, ἐκεῖνος ἐκ
τῶν ὀνομάτων τούτων οἰωνισάμενος ἔφη τὰς κλήσεις ταύτας οὐκ αἴσιον αὐτῷ τὸ τοῦ πολέμου τέλος
παραδηλοῦν. Λαοῦ μὲν γὰρ κάκωσιν ἐκάλει τὸν Λαλακάωνα, πτῶσιν δὲ σημαίνειν τὸν Πτώσαντα·
γυρωθῆναι δὲ μέλλειν ὑπὸ τῶν ἐναντίων αὐτοὺς ἐκ τῆς τοῦ ποταμοῦ κλήσεως ἐμαντεύετο. Τὰ μὲν
ἐκ τῆς νίκης οὕτως εἶχον τῷ Πετρωνᾷ· ὁ δὲ τροπαιοφόρος ἐπανῆκεν εἰς τὸ Βυζάντιον, καὶ ὑπεδέχθη
μετὰ τιμῆς, καὶ τῶν σχολῶν προβλήθη δομέστικος. Ἤδη γὰρ ὁ μάγιστρος Μανουὴλ ἀπεβίω. Μετὰ βραχὺ δὲ
καὶ αὐτὸς ἀπέτισε τὸ χρεών.

Δ'. Τούτους δὲ πάντας ὁ Βάρδας ἀποσεισάμενος, IV. Bardas autem his omnibus amotis, suopte
τὴν μὲν τῶν πραγμάτων διοίκησιν ὡς ἠβούλετο δι- arbitratu administrabat omnia. Michael enim nihil
τίθετο. Ὁ γὰρ Μιχαὴλ οὐδενὸς ἐπεστρέφετο, μό- curabat, sed theatris tantum et equitationibus
νοις δὲ θεάτροις καὶ ἱππηλασίαις ἐσχόλαζεν, οὐκ C vacabat, non aliis habenas moderantibus, sed ipso
ἄλλων ἡνιοχούντων, αὐτοῦ δι' ἐκείνου τοῦ αὐτοκρά- imperatore Augusto regente currum, et decertante,
τορος καὶ ἁρματηλατοῦντος τοῦ Αὐγούστου, καὶ ac pro regia chlamyde aurigæ vestitu induto.
ἀγωνιζομένου τοῦ βασιλέως, καὶ ἀντὶ τῆς βασιλείου Neque vero malum ibi sistebat, sed viros etiam
στολῆς ἐνδεδυκότος ἡνιόχου στολήν· Οὐ τοῦτο δὲ dignitatibus et honoribus præstantes, partim a se,
μόνον ἦν τὸ δεινὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ τοὺς ἐν ἀξιώμασι partim contra se stare in equorum certaminibus,
καὶ τιμαῖς ὑπερέχοντας τοὺς μὲν αὐτῷ συναγωνί- et currus agitare cogebat. Cum vero aliquando
ζεσθαι, τοὺς δ' ἀνταγωνίζεσθαι ἐν ταῖς τῶν ἵππων ipse colore Veneto, cursus logotheta Prasino, atque
ἁμίλλαις καὶ ὁρματηλατεῖν κατηνάγκαζε. Ποτὲ alii viri illustres, cæteris vestiti coloribus, jam
τοίνυν αὐτὸς μὲν ἡμφίεστο τὸ χρῶμα τὸ Βένετον, currus ascensuri et decursuri essent: protonotario
ὁ δὲ τοῦ δρόμου λογοθέτης τὸ πράσινον, καὶ ἕτεροι cursus, a quodam qui recens advenerat, litteræ
τῶν ἐπιφανεστέρων τὰ ἕτερα· καὶ ἤδη τῶν ἁρμά- afferuntur, quibus continebatur, Saracenos in
των ἐπέβησαν, καὶ ἦσαν πρὸς τὸ δραμεῖν. Ἐν τοῦτῳ Melangeis castra posuisse: ea sunt quæ nunc
δὲ γράμματα τῷ πρωτονοταρίῳ τοῦ δρόμου παρὰ minus eleganter Malagina dicuntur. Protonotarius
τοῦ πεφθακότος ἄρτι ἐνεχειρίσθησαν, ὡς ἐν τοῖς igitur ob eum nuntium tristi vultu imperatorem
Μελαγγείοις ἐστρατοπεδεύσαντο οἱ Σαρακηνοὶ διαγγέλ- adit, rem exponit, et litteras **160** ostendit. At ille
λοντα· ταῦτα δι' εἰσὶν ἃ νῦν ἀγροικότερον καλεῖται Μα- D iracunde et torve eum intuitus: *Cum*, inquit, *in tali*
λάγινα. Ὁ γοῦν πρωτονοτάριος σκυθρωπάσας ἐπὶ τῇ *certamine sim, et qui medius est, eum ad lævam*
ἀγγελίᾳ, προσῆλθε τῷ βασιλεῖ, καὶ ταῦτα ἐδίδασκε, *propellere properem: tu, inepte, de Sarracenorum*
καὶ ὑπεδείκνυ τὰ γράμματα. Ὁ δὲ, ὀργίλον τι καὶ *incursione verba mihi facis?* Talis fuit præclarus
μανικὸν αὐτῷ ἐνιδὼν, Ἐν τοιούτῳ μοι, ἔφη, ὄντι imperator, itaque de communibus rebus et imperio

Variæ lectiones et notæ.

(47) Λαλακάωνα. Leo Grammaticus: Λοχήσαντες τὴν ὁδὸν τῆς ὑποστροφῆς αὐτοῦ συναντῶσιν αὐτῷ εἰς τὸν Λαλακάωνα, καὶ συμβολῆς γενομένης, τρέπουσιν αὐτόν. Zonaram longe magis illustrat Continuator Theophanis lib. IV, n. 15, licet ab eo dissentiat quoad locorum nomina: Lalacaonem enim fluvii, Gyrin prati, Ptosontis denique regionis nomen fuisse scribit. Sed potior videtur Zonaras qui Λαλακάωνα nomen esse regionis ait, cui astipulatur Photius in epistola 147 quæ inscribitur Θεοδότῳ σπαθαροκανδιδάτῳ κατὰ τοὺς Λαλάκωνας.

sollicitus. Eo autem sic affecto, Bardas versabat omnia, eoque pertrahebat, quo erat libitum, et ad Cæsaris fastigium evectus, imperii invadendi opportunitatem quæritabat. Nihil autem fecit boni, nisi quod eruditionis provehendæ magnum studium habuit. Nam philosophia neglecta jacebat, ac prope omnino exstincta erat, ut ne scintilla quidem ejus superesset : in causa fuerat imperatorum inscitia. Sed hic cuique disciplinæ scholas constituit, et doctores designavit, et singulis publica stipendia decrevit, et omnibus magnum et communem doctorem præfecit Leonem philosophum, cujus doctrinæ inclyta fama erat, etiam ab imperatore Theophilo honoratum, hac occasione. Cum multos haberet discipulos, accidit ut eorum quidam accurate in geometria eruditus, dum in Oriente peregrinatur, a Saracenis captus, cuidam inter barbaros illustri in servitutem traderetur. Agarenorum porro princeps theoremata erudita et philosophica studiose audiebat, præ cæteris tamen geometricis methodis erat deditus. Cum autem captivi herus auditorium frequentaret, aliquando et ipse eum comitatus, auditis, doctoribus, qui figuras geometricas delinearant, et triangulum omnis figuræ principium esse docebant, omnesque figuras ex eo et oriri, et in eumdem resolvi, et circulum omnium figurarum quæ ambitu æquali contineantur, esse capacissimum, et ejus generis alia : rogavit dominum, an liceret magistros de iis quæ docerent, percontari ? Quod cum ille permisisset, petiit, rationes eorum quæ docuissent, sibi declarari. Verum illis quod responderent, non habentibus, Agarenorum princeps captivo accersito, num ipse id posset ? interrogavit, eumque se scire affirmantem, afferre in medium jussit. Captivus igitur ab initio declarat singula, rationibus adductis et causis expositis. Auditores verbis ejus intellectis, theoremata acutius perspexerunt,quasi dilatatis ingeniis, virumque admirati rogarunt, **161** an Constantinopolis alios similes haberet ? At ille : *Multos*, inquit, *me præstantiores habet, sed unum magistrum omnium, virum in philosophicis rationibus incomparabilem*. His auditis, Agarenorum princeps amore illius magistri captus, eum et videre et audire desideravit, ac litteras, quibus hortabatur ut ad se veniret, suamque sapientiam sibi communicaret, captivo liberaliter et benigne tractato, ad illum perferendas tradit. At Leo veritus ne in crimen veniret, ob missas ab hoste litteras, epistolam cursus logothetæ tradit, captivo etiam adducto, qui argumentum ejus exponeret. Ex hoc Theophilo innotuit, et beneficiis affectus, publice docere jussus est : post etiam Thessalonicæ pontifex designatus. Verum Theophilo mortuo, inter cæteros Iconomachos pontifices,et ipse ob honorem

V. Verum ut disceptationis seriem prosequamur, Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus, in Historia, agens de Avaribus circa urbem dispersis, Heraclio imperante : Καὶ μόλι πρὸς τὸ πεδίον τὸ πρὸ τῆς πόλεως, ὃ Ἑβδομον καλοῦσι, καταλαβόντες ἱδρύσαντο, ἔνθεν δή τε σκεδαννύντες ἄχρι καὶ εἰς τοῦ Βαρνύσσου ποταμοῦ γέφυραν. Ex hoc unico præterea loco patet omnino voce Hebdomi non septimum ab urbe milliare, sed Campum ad urbem indigitari, quem occupavere Avares urbem obsessuri, usque ad Barnyssi fluvii pontem : qui scilicet fluvius Campo Hebdomo appellato adjacebat. Sed quin idem Campus Hebdomi proxime urbi adjacuerit, scrupulum omnem eximit Euchologium Goari, p. 810, ubi describitur εὐχὴ λεγομένη ἐν λιτῇ γενομένῃ διὰ φόβον εἰς τὸν Κάμπον, εἰς τὸν ἅγιον Διομήδην ἐξώπορτα, καὶ εἰς τὴν παλαιὰν πέτραν. Supplicatio igitur fiebat a Tauro, seu a foro Tauri, ad ædem S. Diomedis extra portam, et ad veterem Petram, quam Anonymus Combefisianus in Constantini Porphyrogeniti Vita, τὸ παλαιὸν πετρὶν vocat. Neque alia est εὐχὴ, quæ pag. seq. in eodem Euchologio habetur, hocce lemmate : τάξις γινομένη ἐν τῷ Τριβουναλίῳ ἐν ταῖς ἐξ ἔθους ἀπερχομέναις ἐκεῖσε λιταῖς. Ubi observare licet litanias, promiscue dici factas in Campo et tribunali. Sed neque etiam diversa videtur ista supplicatio ab ea, cujus quotannis memoriam celebrari ἐν τῷ Κάμπῳ λιτανεύοντος τοῦ λαοῦ, ob terræ motum qui 15 Augusti anno 27 Justiniani accidit, scribit Theophanes et ex eo Cedrenus et Symeon Logotheta. Sic in *Chronico Alexandrino*, an. 1 Heraclii in terræ motu qui accidit 20 Aprilis, λιτὴν γενέσθαι εἰς τὸν Κάμπον, καὶ ψαλφῆναι τὸ Τρισάγιον decretum legitur. Enimvero nemo erit, opinor, qui quod nude dicitur esse extra portam, ad septimum milliare exstitisse velit asserere, nisi etiam velit Romam dici exstitisse extra urbis Constantinopolitanæ portas. Meminit denique idem Theophanes anno 36 Justiniani supplicationis ad S. Diomedis ædem, scribens Eutychium patriarcham, cum mense Augusto, solo vigente Borea ac flante, navigia ad urbem non possent accedere, λιτὰς ἐκβαλεῖν εἰς Ἱερουσαλήμ, τοῦτ' ἔστι εἰς τὸν ἅγιον Διομήδην. Ex quibus docemur hunc S. Diomedis ædem, quæ extra portam urbis erat, Jerusalem appellatam, aliamque fuisse ab æde S. Diomedis, quæ antea S. Eliæ nuncupabatur, ut testatur Symeon Logotheta in Michaele et Theodora, et intra urbem erat, ad portam urbis Auream. Monasterii porro Jerusalem appellati abbates conciliis Constantinopoli interfuisse alibi observamus : nam cum prius catholica esset ecclesia, seu plebalis, monachis est attributa. Consimiles alias in Campum Hebdomi institutos litanias ob terræ motus, vel ob alias quasvis calamitates, habent scriptores, ac præsertim illam de qua Cedrenus agit in Justino seniore, quem percepto terræ motu eversæ Antiochiæ nuntio lugubres vestes induisse scribit, et

Byzantios per septem dies εἰς πρὸ τῆς πόλεως πεδίον ἑπτὰ σημείοις ἀπέχον litanias instituisse. Qua quidem loquendi formula usus est Cedrenus recepta apud Græcos et Latinos scriptores qui linguæ venustati studebant : quod satis vel inde percipere est, quod statim addat campum exstitisse πρὸ τῆς πόλεως. Neque enim campus in prospectu urbis esse potuit si ab ea septem milliaribus dissitus fuit, nec indici aut fieri potuere supplicationes, neque plebs continuis septem diebus orationis gratia ad septimum ab urbe milliare procedere (quod velim serio attendat vir doctus), quotidie ad urbem vel ad urbis proxima reversura. Urbs Parisiorum terræ motu concussa fuerit, cives ne ædium ruina obruantur, Versalias sese conferent : et si publicæ indicantur supplicationes, ad tres aut quatuor leucas quotidis secedent reversuri ? an aliquis sanæ mentis id sibi persuadeat ? In urbis certe vicinis locis tentoria explicuisse non abnuerim in ejusmodi terræ motuum terroribus ; civesque extra urbem, non vero ad septimum usque milliare, prorupisse, donec ii desinerent : ut in terræ motu, qui accidit 9 Februarii, indict. 13, anno 10 Constantini et Irenes, quo, ut ait Symeon Logotheta in Chron. ms. et Theophanes, σεισμὸς γέγονε φοβερώτατος, ὥστε καὶ μὴ τολμῶντός τινος ἐν οἴκῳ καθευδῆσαι, ἀλλὰ πάντας εἰς τοὺς κήπους, καὶ τὰ ἐξάερα σκηνὰς ποιήσαντας διάγειν · ἡ δὲ βασίλισσα ἅμα τῷ υἱῷ αὐτῆς ἐξῆλθεν ἐν τῷ Ἁγίῳ Μάμαντι, ad palatium scilicet, quod ad urbis muros versus sinum Ceratinum erat, secessit imperatrix : quo etiam sese recepisse Leonem M. in simili terræ motu scribit *Chronicon Alexandrinum*.

VI. Deinde, ut diximus, qui fieri potest ut Campus πρὸ τῆς πόλεως fuerit, si ab ea septem millibus dissitus fuit ? hac certe loquendi formula quæ mœnibus proxima sunt et in illius prospectu vulgo intelligere scriptores palam est. Atque ut id uno aut altero firmem loco, scribit auctor *Chronici Alexandrini* Constantinum M. instaurata Drepano, Bithyniæ urbe, eaque Helenopoli de matris nomine appellata, hanc vectigalium immunitate donasse ἕως φανερᾶς περιοχῆς πρὸ τῆς πόλεως, *quousque patet ante urbem prospectus*, in honorem S. Luciani martyris. Unde patet quidquid in prospectu est civitatis, dici esse πρὸ τῆς πόλεως. Latino Barbari in *banleuca* dicerent. Sed et de quadam ad sinus Ceratini caput insula verba faciens Michael Psellus in Hist. ms. in Isaacio Comneno, ita hæc verba usurpat : Καὶ βασίλειος τόπον καταγωγῆ αὐτοῦ που πρὸ τῆς πόλεως ὑποδέχεται περίκυκλος τῇ θαλάσσῃ καθ' ἑκατέρου μέρους, ἀνδρὶ κὰτάρκης θηρατικῷ, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τῷ βασιλεῖ τούτῳ. Scylitzes in eodem Isaacio : Ὅθεν δὴ τῆς τῶν Ἀρχαγγέλων ἐφισταμένης ἑορτῆς ἔξεισιν εἰς τὸ πρὸ τῆς πόλεως, φιλοτίμως τὰ τῆς ἑορτῆς ἐκτελέσαι σπουδάζων, in ædem scilicet XI Ordinum, quæ muris terrestribus adjacebat, uti observavimus in nostra *Constantinopoli*. Tradit Zonaras in Romano Lacapeno, Symeone Bulgarorum rege ad urbem cum valido exercitu tendente, eam oppugnaturo, Romanum imperatorem, ne quæ ante urbem erant amœnitates ab hoste vastarentur, copias suas extra mœnia eduxisse : Ὁ Συμεὼν δὲ κατὰ τῆς πόλεως ἐκπέμπει στρατόν · ἵνα δὲ μὴ ἐλθόντες τὰς τῆς πρὸ τῆς πόλεως διαφθείρωσιν ἀγλαΐας, ἔπεμψε καὶ ὁ Ῥωμανὸς τοὺς ἀντιταξαμένους αὐτῷ. Neque aliter Continuator ejusdem Theophanis, lib. III, n. 4, dum scribit Theophilum imp. palatii muros excedisse, ut liber esset in urbis proxima prospectus, atque adeo in ipsam Propontidem : Ὅθεν ἐπί τινα τῶν ἀφθαλμῶν ἐστίασιν τὰ πρὸ τῆς πολεως ἔχοντα, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εἰς ἑαυτὰ καλοῦσι τοὺς βασιλεῖς, τὰ πρὸς τὴν θάλασσαν τοῦ παλατίου τείχη τῶν ἀρχαίων θεμελίων οὗτος παρεκβαλὼν, καὶ πρὸς τὰ ἡλιακὰ — παραδείσους ἐργασάμενος, ἐκεῖθεν τὸ λοιπὸν ἂν ἐπλήρός, καὶ ἑαυτὸν ἔτερπε τούτοις, καὶ ἐψυχαγώγει, ὡς τὸς εἰκός. Diruerat Lacapenus Palatii muros, ut eorum quæ πρὸ τῆς πόλεως erant conspectu visum oblectaret : ita exserte hic scriptor. Sed et ita hanc vocem usurpat Constantinus Porphyrogenitus in avi Vita, n. 22 editionis Combefisii, ut alios omittam.

VII. Non alius igitur fuit Campus iste ab eo qui urbis mœnibus terrestribus seu Theodosianis obversabatur, qui Hebdomi nomen retinuit, quod inter urbem et septimum milliare protenderetur, quemadmodum planities inter Lutetiam et Sandionysianum oppidum, non Lutetiana, sed Sandionysiana appellatur. Is vero Campi Martii vice urbis Constantinopolitanæ fuit : nam majores omnes civitates ejusmodi ad mœnia campos habuisse alibi (in *Gloss. med. lat.*) docuimus in quibus militares civium fierent exercitationes : quos ideo κάμπους στρατιωτικούς vocat Theodorus Hermopolites inditus (*Lib.* I *fol.* 12, *Cod. Reg.*) : Ἡ γέγονε κάμπος στρατιωτικὸς, καὶ ἐγυμνάζοντο ἐν αὐτῷ οἱ στρατιῶται. Hos Μαρτίους unice appellat Mauricius, lib. III *Strateg.* cap. 2. Ὃν πρῶτον ἐν τῷ Μαρτίῳ ποτὲ οἱ καβαλλάριοι ἔπαιζον ἐν τοῖς παραχειμαδίοις. De iis etiam ita Vegetius, lib. I, cap. X : *Romani veteres, quos tot bella et continuata pericula ad omnem rei militaris erudierant artem, Campum Martium vicinum Tiberi detegerunt, in quo juventus post exercitium armorum sudorem pulveremque dilueret.* Hinc ejusmodi Campi, ubi et censebantur milites, ut est apud Leonem Grammaticum et Anonymum Combefisianum, in Lacapeno, n. 6, ubi de Campo ad urbem Constantinopolitanam, γυμνάσια πολεμικὰ dicuntur Theodorito, lib. IV, *Hist. Ecc.* cap. 25 et 26, si novi interpretis versio spectetur : Παιδία τὰ ποκέμου δεχόμενα μελέτας, Libanio, in Presbentico ad Julianum imp. quo respexit Cicero, cum *ludo campestri et exercitatione uti* dixit. De militari vero Byzantorium in Campo exercitatione, quædam habet Theophanes, an. 7 Phocæ, ut et Palladius in Vita Chrysostomi, ubi scribit Arcadium urbe egressum τοῦ γυμνασθῆναι ἐν τῷ

παρακειμένῳ πεδίῳ. Qui quidem Campus non alius est ab Hebdomiano : quod præterea inde colligere licet quod Ruffinus, præfectus prætorio, in *Chronico Alexandrino* interemptus dicatur in Hebdomo ; apud Philostorgium vero lib. xi, cap. 3, ἐν τῷ λεγομένῳ τριβουναλίῳ, apud Zosimum, lib. v, et Socratem, lib. vi, cap. 1, πρὸ τῶν πυλῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως apud Marcellinum Comitem *ante urbis portas :* apud Claudianum denique lib. ii, in eumdem Rufinum, in Campo urbi proximo, quem ita describit :

Urbis ab Augusto tractu, qua vergit in austrum,
Planities vicina patet, nam cætera pontus
Circuit, exiguo dirimi se tramite passus.

Mox in ea planitie exstitisse tribunal, sic innuit, dum Ruffinus Arcadium compellat :

. . . . *graviterque apprensa veste morantem*
Increpat Augustum, scandat sublime tribunal,
Participem sceptri, sociumque declaret honoris.

Quis non videt hisce laudatis locis, non modo Hebdomum, Tribunal, et Campum pro uno eodemque loco sumi, sed etiam Campum ipsum urbi proximum fuisse, non vero ad 7 milliare ? cujus tandem situ cognito, superest ut quæ in eo exstiterint ædificia percurramus.

VIII. Ex his præcipua fuere *Tribunal et Palatium* Constantinianeum vel Justinianeum, utrumque Hebdomi nomenclatura pariter donatum a scriptoribus : quod hic nobis in primis probandum. Atque ut a Tribunali ordiamur, in quo levari et inaugurari solebant imperatores, illud cum in Campo, tum in Hebdomo, atque adeo in ipsa urbe extitisse tradunt passim scriptores, ita ut interdum *Campus Hebdomi*, ab eo *Canpus Tribunalis* : interdum *Tribunal Hebdomi*, interdum denique ac nude *Hebdomum* ab iis appelletur. Nam ecce, si liceat alias a nobis adnotata hic rursum recuderc, in *Chronico Alexandrino*, Valens a fratre Valentiniano εἰς Κωσταντινούπολιν ἐν τῷ Ἑβδόμῳ levatus imperator dicitur : ab Idatio, *Constantinopoli in milliario* 7 *in Tribunali*. Nec abludit Themistius, cujus verba præstat hic adducere, quod suburbanum istud, Hebdomum scilicet, in urbe extitisse exserte testetur. Ita itle in Philadelphis : Ὅσον γὰρ πλείονος ἄξιον τὸ κτήσασθαι τὰ ἀγαθὰ τοῦ τὸν κεκτημένον μείζω ποιῆσαι, τοσοῦτον καὶ σοὶ δικαιοτέρα πρὸς τὴν πόλιν ἐστὶν ἡ τῆς εὐνοίας ὑπόθεσις. Ἢ πῶς οὐκ ἄτοπον τὴν μὲν ἐσχατιὰν, ἐφ' ἧς τὴν ἀλουργίδα ἐνῆψαι, περιφάνειστέραν ποιῆσαι κρηπῖδι, καὶ βήμασι καὶ ἀνδριᾶσι, τῇ πόλει δὲ ἣν οὐκ ὀκνεῖς ὀνομάζειν μητέρα τῆς ἀναῤῥήσεως ; Ex quibus verbis omnino conficitur, ut recte conjectat Petavius, ἐσχατιάν illam, esse suburbanum, quod Hebdomum appellabant, in extrema urbis parte situm, ubi in tribunali, cujus hoc loco meminit, inaugurari solebant imperatores : neque enim urbis ἐσχατιὰ appellari debuit septimus ab ea lapis, cum illius extremum esse non potuerit, quod velim attendat vir doctus. Proinde *matrem suæ inaugurationis* urbem Constantinopolitanam jure appellaverit Valens, quod revera in ea facta esset : quod minime dixisset, si in septimo ab urbe milliario fuisset peracta. Et sane Ammianus, lib. xxvi, Valentem a fratre Valentiniano imperatorem dictum Constantinopoli in Suburbano prorsus etiam innuit, cujus verba hic apponam, quod Themistiana illustrent : *Indeque cum venisset Constantinopolim*, (loquitur de Valentiniano) *multa secum ipse devolvens, et magnitudine urgentium negotiorum jam se superari considerans, nihil morandum ratus, quintum Kal. Aprilis productum eumdem Valentem in Suburbanum, universorum sententiis concinentibus, (nec enim audebat quisquam refragari) Augustum pronuntiavit : decoreque imperatorii cultus ornatum, et tempora diadamate redimitum, in eodem vehiculo reduxit.* Ubi per *Suburbanum*, Hebdomum intelligi constat, quod ad urbem exstitit, ex quo in Palatium Valens una cum fratre vehiculo reversus est. Ita porro apud Marcellinum comitem Arcadias *levatus* Augustus dicitur *Constantinopoli, in milliario septimo*. Ubi idem *Chronicon Alexandrinum*, Ἀρκάδιος Αὔγουστος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ τριβουναλίῳ τοῦ Ἑβδόμου ἀνηγορεύθη. Apud eumdem Marcellinum comitem, *Honorium pater suus Theodosius in eodem loco quo fratrem ejus Arcadium, Cæsarem fecit, id est foras septimo ab urbe milliario.* Idem *Chronicon Alexandrinum* Theodosium Juniorem levatum etiam Augustum scribit ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰς τὸ Ἑβδομον ἐν τῷ τριβουναλίῳ, Marcianum vero ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, omissa voce Tribunalis. Zenon *in septimo* levatus scribitur apud Victorem Tunnensem : Basilicus ἐν Κάμπῳ, apud Theodorum lectorem, Theophanem, Symeonem Logothetam, Zonaram, et alios : Mauricius a Tiberio ἐν Τριβουναλίῳ, apud eumdem Theophanem et Zonaram : ἐν προκένσῳ τοῦ Ἑβδόμου, in *Chronico Alexandrino* Phocas in æde S. Joannis Baptistæ ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, apud Simocattam et Theophanem : *in septimo quod dicitur Secundianas*, apud Gregorium M. Ut porro tyrannus in urbem venerit, sic narrat Theophanes : Οἱ δὲ Πράσινοι, ἐξελθόντες εἰς τὸ Ῥήγιον, μεγάλαις εὐφημίαις ἐτίμων τὸν τύραννον Φωκᾶν, καὶ πείθουσιν αὐτῷ ἐν τῷ Ἑβδόμῳ παραγενέσθαι. Πέμπει τοίνυν Φωκᾶς Θεόδωρον τὸν ἀσηκρῆτις, καὶ εἰσελθὼν ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ἐπανέγνωσεν τῷ λαῷ ὅπως ὁ παρτιάρχης καὶ οἱ δῆμοι, καὶ ἡ σύγκλητος ἀφίκωνται ἐν τῷ Ἑβδόμῳ. Τούτου τοίνυν γεγονότος, καὶ πάντων ἐν τῷ Ἑβδόμῳ ἀφικομένων, Κυριακὸς ὁ πατριάρχης ἀπήτησε τὸν τύραννον ὁμολογίαν περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως· ἡ δὲ ἀναγόρευσις τοῦ τυράννου εἰς τὸν ναὸν τοῦ Ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ γέγονεν. Nimirum Prasini Phocam ad Hebdomum accedere suadent, ubi scilicet inaugurari et levari solebant imperatores : quo cum accessisset, in æde S. Joannis Baptistæ, palatio Hebdomiano vicina, a patri-

archa Cyriaco solenni ritu coronatus est, cum alias imperatores in æde duntaxat Sophiana corona donari solerent. Is vero triduo postquam in urbem venit, Eudociam uxorem Augustam coronavit, in æde scilicet Sophiana, cum ille antea in Hebdomo, seu in æde S. Joannis Baptistæ, a patriarcha coronatus fuisset. Ita porro Constantinus Copronymus a patre Leone Isauro ἐν τῷ τριβουναλίῳ, et Leo Armenius ἐν τῷ πρὸ τῆς πόλεως τριβουναλίῳ, levati leguntur apud eumdem Theophanem, Symeonem Logothetam, et Georgium Hamartolum in Chronicis mss., ἐν τῷ κάμπῳ τοῦ τριβουναλίου, in Chronico ms. ab Adamo ad Leonem Sapientem. Hisce addere placet quod tradunt Simocatta, idem Theophanes, et Georgius Hamartolus, Mauricii imp. et filiorum in Eutropii ad Calchedonem portu cæsorum capita, per aliquot dies plebi exposuisse Phocam in Campo Tribunalis. Quod si factum id esset septimo ab urbe milliari, eo certe concedere oportuisset plebem Constantinopolitanam, quod nemo opinor sibi persuadeat.

IX. Ex his igitur patet omnino Hebdomum, Tribunal, et Campum, promiscue usurpari apud laudatos scriptores pro uno eodemque loco, ubi acclamari et inaugurari solebant imperatores, more ab antiquo recepto, cum in Campis Martiis, seu qui ad majores civitates erant, id ferme semper peragi solitum doceant scriptores, ac in primis Flavius Vopiscus, quo loco scribit, Tacito a senatu in imperatorem electo, *inde itum ad Campum Martium, ibi Comitiale Tribunal ascendisse* eumdem Tacitum, et præfectum urbi Ælium Cæsonium nuntiasse militibus et civibus *in principem de sententia omnium exercituum* Tacitum a senatu electum. Tradit præterea idem scriptor Probo militari quodam consensu in imperatorem acclamato, *factum concursum, et cespititium Tribunal, appellatumque imperatorem, atque ornatum pallio purpureo, quod de statua templi ablatum est, atque inde ad Palatium reductum.* Et Lactantius, in libro *De mortibus persecutorum* n. 32, de Maximino: *Victus contumacia, tollit Cæsareum nomen, et se Liciniumque Augustos appellat, Maxentium et Constantium filios Augustorum* (id est Cæsares) *Maximinus postmodum scribit quasi nuntiaus, in Campo Martio proxime celebrato Augustum se ab exercitu nuncupatum.* Mitto quæ de Juliani in Campo et in Tribunali in Gallia Ammianus Marcellinus, et de Gratiani *apud Ambianos in Tribunali*, et Valentiniani Junioris *ab exercitu in Tribunali in civitate Acinco*, inauguratione, Idatius, scribunt; ubi duntaxat observare liceat, Tribunal dici fuisse in civitate, tametsi rem actam in Campo, proximum vero sit, secundum receptum morem. Sed et Campum et Tribunal etiam Romæ idem fuisse firmat Theophanes, ubi de Constantio solemni pompa urbem ingresso: Ἐξελθὼν δὲ ἐν τῷ τριβουναλίῳ Κάμπῳ, καὶ στὰς ἐφ' ὕψους, συμπαρόντος αὐτῷ τοῦ στρατοπέδου, ἐδημηγόρει, id est in Campo Martio qui urbi proximus fuit: ubi locutus videtur Theophanes more, ut ita dicam, Constantinopolitano; quo loco *Chronicon Alexandrinum* habet, ἐν τῷ Κάμπῳ τριβουνάλιον ἐφ' ὑψηλοῦ ποιήσας, etc, cujus quidem Tribunalis Constantii meminit Themistius orat. 3. Non mirum igitur si qui purpuram arripiebant, priusquam in urbem venirent, ad Campum, et ad Tribunal quod in Campo urbi proximo erat, secedebant, ut ab omnibus, ac militibus præsertim, quorum ea tempestate id juris esse videbatur, imperatores more recepto acclamarentur. Quin etiam observatum pridem a viris doctis, Ægyptios reges post celebrata ἀνακλητήρια, Memphi in Palatio solitos inaugurari, non vero Alexandriæ, quæ Ægypti caput erat, ut regum Persarum inaugurationem, quam τελετὴν appellabant, factam Parasgadis: quomodo etiam reges nostri Durocottori Remorum inaugurari et coronari solent, non vero Parisiis, urbe regni primaria.

X. Aliud proinde fuit Hebdomum, seu septimus ab urbe lapis, aliud Campus ad urbem, Hebdomi appellatione donatus, aliud Tribunal, eique adjunctum Palatium Constantinianeum, utrumque etiam eadem nomenclatura notissimum apud scriptores Byzantinos, quod satis superque probasse arbitramur. Quæ quidem non observata distinctio, viro erudito, aliisque forte fucum fecit, adeo ut vix ac ne vix quidem sibi persuadere potuerint, Hebdomum non modo ad urbem pertinuisse, sed et partem illius intra ipsius muros includi, vel saltem ad ipsa suburbia potuisse protendi, ac Hebdomi servari appellationem. Quod sane accidit, quemadmodum, ut attigimus, Campum ad Lutetiæ mœnia versus Septentrionem, Sandionysianum vulgo appellamus, ab oppido et monasterio S. Dionysii, quatuor milliaribus ab urbe dissito. Vere enim dici potest partem istius agri, prolatis subinde civitatis pomœriis, esse intra ipsam Parisiorum urbem, ut pars Hebdomiani agri, qui usque ad vetus Bysantium protendebatur, prolatis pariter a Constantino pomœriis, intra novam urbem inclusa est: quod quidem planum fiet, prolatis scriptorum auctoritatibus, ne gratis id proferri dicatur.

XI. Theophanes anno 5 Constantini Pogonati, quem laudavimus in nostra *Constantinopoli*; scribit Saracenos in Thracicas partes appulisse, urbemque obsedisse ab occidentali promontorio Hebdomi, seu Magnaura, usque ad orientale promontorium, quod Cyclobium vocant. Illius verba sunt expendenda, quod controversiam omnem dirimant: Τούτῳ τῷ ἔτει ὁ προλεχθεὶς τῶν θεομάχων στόλος ἀναβὰς προσώρμησεν ἐν τοῖς Θρᾳκῴοις μέρεσιν ἀπὸ τῆς πρὸς δύσιν ἀκρότητος τοῦ Ἑβδόμου, ἤτοι τῆς λεγομένης Μαγναύρας, μέχρι πάλιν τοῦ πρὸς ἀνατολὴν ἀκρωτηρίου τοῦ λεγομένου Κυκλοβίου. Κατὰ πᾶσαν τὴν ἡμέραν συμβολὴ πολέμου ἐκροτεῖτο ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας, ἀπὸ βραχιολίου τῆς Χρυσῆς πόρτης μέχρι τοῦ Κυκλοβίου ἑαυτοὺς ὠθοῦντες, καὶ ὠθούμενοι. Quæ

quidem ita reddidit auctor Miscellæ : *Anno 5 imperii Constantini, prædictus Deum impugnantium stolus ascendens applicavit in Thracensibus partibus, a summitate videlicet septimi, quæ vergit ad Occidentem, id est a domo quæ Magnaura dicitur, et rursus usque ad arcem, quam Cyclobium dicunt, quæque spectat ad Orientem. Per totum itaque diem congressio belli tenebatur, id est a mane usque ad vesperam, a brachialio Aureæ portæ usque Cyclobiam, invicem utraque parte in uno pulvere impellente.* Cedrenus idipsum enarrans : Τῶν θεομάχων στόλος ἐλθὼν προσώρμησεν ἐν τοῖς Θρᾳκῴοις μέρεσιν, ἀπὸ τοῦ Ἑβδόμου μέχρι Κυκλοβίου. Ubi Ἑβδομον nude vocat, quod Theophanes promontorium Hebdomi. Zonaras iisdem fere verbis quibus Theophanes rem recenset : Εἶτα στόλῳ βαρεῖ κατ' αὐτῆς ἀπῆλθον τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, καὶ ναύσταθμον τοῦ σφετέρου στόλου πεποίηντο ἀπὸ τοῦ πρὸς δύσιν ἀκρωτηρίου, τοῦ κατὰ Ἑβδομον, μέχρι τοῦ Κυκλοβίου. Ubi scriptor Narrationis historicæ in festum τῆς Ἀκαθίστου, de ipsis Agarenis urbem obsidentibus sub eodem Pogonato verba faciens : Ηροσώρμησαν τῇ παραθαλασσίῳ τοῦ Ἑβδόμου. Et Georgius Hamartolus in Chronico ms. : Καὶ προσορμήσαντες κατὰ τὴν παράλιον τοῦ Ἑβδόμου, etc., scilicet versus ἀκρωτήριον τοῦ Ἑβδόμου, a quo usque ad Cyclobium, non terrestri, sed maritima obsidione, ut exserte scribit Theophanes, urbem circumsedederunt. Denique tradit idem Theophanes in Leone Isauro an. 1, eosdem Saracenos urbem obsedisse ἀπὸ τῆς Μαγναύρας ἕως Κυκλοβίου, maritima scilicet pariter obsidione. Ex quibus hic allatis locis, quos paulo accuratius cum urbis topographica descriptione ac ichnographia, quam in nostra *Constantinopoli Christiana* delineari curavimus, expendat velim novus ac primus assertor Hebdomianus, nemo nisi nimium pervicax inficiari poterit Hebdomum ad urbem pertigisse, ejusque partem intra urbem potuisse includi, cum Cyclobium ad muros urbis terrestres versus orientem et Propontidem, Magnaura vero ad eosdam muros, imo intra ipsam urbem versus occidentem et promontorium Hebdomi exstiterint, quod multis in nostra lucubratione docuimus. Si enim promontorium Hebdomi ad septimum milliare exstitit versus Orientem et Propontidem, quos is videtur velle, qui fieri potest ut provimum fuerit Magnauræ palatio, quod in urbe et ad urbis muros versus occasum exstitit? Quis denique in mentem sibi induxerit, vel scribere voluerit, Saracenos urbem obsedisse a septimo milliari versus Rhegium, (quod 12 ab urbe lapide ad Propontidem in Charta Peutingeriana statuitur) ad Cyclobium, sed castellum rotundum, quod eidem Propontidi adjacuit, hodie etiamnum Heptapyrgio inclusum? Veluti si quis diceret Lutetiam hostes circumsedere a Versaliis ad Luparcum usque Palatium, is certe deridiculo haberetur. Videat quid reponat, et nodum hunc solvat vir cruditus, si tamen potest, vel certe aliquid probabilius afferat, ut eum Seneca loquar, tum non gravate ab opinione mea in sententiam illius discessionem fecero.

XII. Sed ut nec promontorium Hebdomi, ita neque Hebdomum ipsum ad Propontidem fuit, sed ad sinus Ceratini caput, ubi Cydaris et Barbysses fluvioli confluunt, haud procul ab urbe, quod supra allati loci omnino declarant. Ex quibus evidenter patet, non modo Hebdomum ad occidentem versus Magnauram recte statui, quod quidem Palatium proximum fuit sinui Ceratino; sed et per eumdem sinum Saracenos in Hebdomum, seu in Campum urbi proximum, pervenisse, a quo ad Cyclobium usque urbem mari obsedere. Proinde cum παράλιον τοῦ Ἑβδόμου, Georgius Hamartolus, et αἰγιαλοὺς τοῦ Ἑβδόμου dixit scriptor vitæ S. Basilii Junioris, n. 7, ejusdem superioris sinus littera intelligi debent, ubi portus qui in Hebdomo exstitisse narratur, quem πρὸς Βλαχέρναις κόλπον vocat Scylitzes, statui debet, non ad Propontidem. Qui quidem portus is videtur, quem λιμένα τοῦ Ἑβδόμου vocat, et purgatum fuisse anno 25 Justiniani scribit idem Theophanes : ad quem scilicet Tiberii Constantini imperatoris, qui ἐν προκέσσῳ τοῦ Ἑβδόμου obierat, cadaver πλοῖ, seu navigio, ut est in *Chronico Alexandrino*, delatum est. Sed et de similibus aliis in Hebdomo, et ad sinum Ceratinum νεωρίοις egimus in nostra *Constantinopoli*. Non mirum igitur si Hebdomum παραθαλάσσιος τόπος dicatur Procopio et Nicephoro Constantinopol. in Hist. quod scilicet sinus Ceratini littoribus adjacuerit.

XIII. Scribit Theophanes Nicephorum Phocam imperatorem acclamatum, Chrysopoli, quo cum classe appulerat, imperatorio dromone assumpto, εἰς τὸ Ἑβδομον a Prasinis deductum, ubi scilicet, secundum receptum morem, imperator in Tribunali acclamaretur. Chrysopoli nempe, quæ Ceratino promontorio obversabatur, non in urbem transiit, sed emenso ipso sinu Ceratino, ad Hebdomum pervenit : quod clarius narrat Scylitzes, tradens Nicephorum cum tota classe Chrysopolim trajecisse, indeque ad Hebdomum, atque hinc πάντα τὸν δῆμον τῆς πόλεως μετ' εὐφημιῶν καὶ κρότων, δημοσίας γινομένης προόδου, in urbem introduxisse, διὰ τῆς Χρυσῆς πόρτας, per quam scilicet solennes ingressus fieri solitos alibi observavimus, quod et exserte docet Constantinus in Vita Basilii imp. n. 40 edit. Combefisii. Et Zonaras : Τὸν Νικηφόρον ἐκεῖθεν (Chrysopoli) εἰς τὸ Ἑβδομον ἄγουσι, κἀκεῖθεν σὺν προόδῳ δημοτελεῖ εἰς τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν. Ubi nemo, opinor, ex iis quibus notus est Constantinopoleos situs, sibi in animum induxerit, Nicephorum ad locum tendentem, ubi inaugurandus erat imperator, siquidem ad Propontidem exstiterit, cum tota classe Chrysopolim appulisse, eo rursum reversurum : ut urbanam omnem multitudinem ad septimum usque lapidem egressam, indeque solemni processu

Nicephorum Phocam ad urbem deduxisse. Neque aliter intelligendus Anastasius Bibliothecarius,quo loco narrat Constantinum papam cum ad Cæam insulam appulisset, deductum fuisse in Hebdomum, indeque in urbem : *a quo loco navigantes venerunt a septimo milliario Constantinopolim.* Ubi Septimi milliaris vocabulo Magnauræ palatium intelligitur, in qao excipi primo solebant exteri magnates, vel etiam legati, quod præ cæteris testatur supra laudatus Constantinus in avi Vita n.74,et in nostra de urbe lucubratione docemus. Eadem plane ratione intelligendi etiam Anonymus Combefisianus, Scylitzes, et alii in Romano Lacapeno, dum scribunt Petri Bulgarorum regis cum ejusdem imperatoris filia Maria in urbe celebratis nuptiis, eamdem Mariam una cum conjunge in Bulgariam profecturam, ad Hebdomum usque a parentibus deductam, hicque navim conscendisse. Appulerat vero Petrus Constantinopolim versus Blachernas, ut exserte tradit Georgius monachus, ad Portum scilicet proximum Hebdomianum,ubi et reversurus in patriam navim conscendit. Sed et idem scriptor subdit,Maria a parentibus ad Hebdomum deducta, ipsos cum Petro in eodem Hebdomo epulatos, scilicet in Hebdomiano Palatio. Enimvero quod Leo Grammaticus,Symeon Logotheta,et idem Scylitzes, Symeonem Bulgarorum regem urbem primum circumsedisse commemorant, ducto a Blachernis vallo ad portam Auream,ac deinde urbis potiundæ spe abjecta, ἐν τῷ λεγομένῳ Ἑβδόμῳ recessisse, de pacis conditionibus acturum, hæc capienda sunt non de septimo milliari, sed de campo Hebdomi, in quo castra fixerit : cum tota hæc interposita planities ita nuncuparetur, ut passim hic observamus.Unde cum auctor *Chronici Alexandrini*, ubi de Victoriatorum seditione sub Justiniano agit, milites venisse scribit ἀπὸ τοῦ Ἑβδόμου, καὶ τοῦ Ῥηγίου, καὶ τοῦ Ἀθύρα, καὶ ἀπὸ Καλαβρίας, id ita intelligendum, ut ex vicinis urbi lociis ii acciti fuerint, tum ex Hebdomo versus Occidentem, tum ex Rhegio rt Athyra versus Orientem, tum ex Calabrya, loco scilicet in Asia sic appellato, quem Καλοβρύην vocat Bryennius, Καλαβρύην, Scylitzes et Zonaras : Anna vero Commena, Καλαύρτ,ν.

XIV. Tribunali porro, de quo mox egimus, adjacuit amplum et spatiosum Palatium,quod ut Tribunal, ita et illud Hebdomi appellatione donatur passim a scriptoribus, cui Tribunal vicem præstitit vestibuli,adeo ut pro uno eodemque suburbano fere semper usurpetur, ad quod processum facere dicuntur imperatores, in eo scilicet moram acturi, in *Chronico Alexandrino*, apud anonymum Combefianum, Leonem Grammaticum, et Cedrenum in Romano Lacapeno,uti in *Constantinopoli Christiana* docuimus. Processus enim in alia palatia duntaxat seu etiam suburbana, fieri dicebantur, mutandi aeris gratia : quod facere solent summi pontifices, cum a Quirinali ad Vaticanum, aut contra secedunt.Unde Constantinus Porphyrogenitus in Basilii Vita n. 90 ejusmodi palatia seu suburbana βασιλικὰ μεταβολῆς ἕνεκα καταγώγια appellat, ubi de Pegano palatio agit, quod ad urbis muros erat versus portam Auream, ut et palatium quod Hebdomi appellabant versus Blanchernas et sinum Ceratinum, et πρὸ τῆς πόλεως erat, ut est apud Theophanem in Michaele an. 2. Illud porro ipsum est quod in regione 14 exstitit, ut est in veteri urbis descriptione, et Constantini nomen retinet,a conditore Constantino M., a quo conditum primo extra urbis mœnia, postea iis productis intra urbem, vel certe ad ipsa mœnia etiamnum conspicitur. In eo vero exstitit Consistorium Gratiani et Justiniani imperatorum,de quo multis egimus.Istud vero Palatium, Hebdomum nude a scriptoribus fere semper nuncupari constat ; quod præsertim eruimus ex ejusdem Justiniani Constitutionibus in eo Consistorio exaratis,quæ subscribi soleut hac formula: *Recitata Septimo milliario hujus inclytæ civitatis in Novo Consistorio Justiniani*, vel *Septimiliario in Novo Palatio vel Septimo in Novo Consistorio*. Loco protulit Jacobus Cujacius, lib. xx, Observat. cap. III, nos etiam lib. II *Constantinopoleos Christianæ*. Ex quibus omnino conficitur *Hebdomum* et *Septimum milliare*, vel *Septimiliarium civitatis* Constantinopolitanæ ideo appellari, quod revera ad urbem esset, et ad illius mœnia,ita ut ipsius urbis pars fuerit, etsi primitus extra ipsos muros, atque adeo ut a Septimo ab Urbe milliari distingueretur: unde quæ in Septimo, id est, vel in hoc Palatio vel in Tribunali acta dicuntur, recte in ipsa urbe acta referuntur in supra allatis auctorum locis. Atque inde Justiniani Palatii appellationem deinceps etiam retinuit, ut ex Bondelmontio docuimus, a quo supra mœnia statuitur, et juxta ædem Novem Ordinum, seu SS. Angelorum, quam Cantacuzenus ad ipsos urbis muros pariter statuit, adeo ut nullus dubitandi supersit locus, quin Consistorium Justiniani in Septimo milliari, illud idemque sit cum eodem Justiniani Palatio, quod Constantini etiam vocant. Sed et hinc colligere licet cur Marcellinus comes scribat, *Honorium a patre suo Theodosio in eodem loco quo fratrem ejus Arcadium, Cæsarem fecisse id est Septimo ab urbe milliario.* Quippe cum Arcadius *Constantinopoli in Milliario septimo* levatus dicatur Augustus ab Idacio, sequitur quod factum est Septimo ab urbe milliario,non potuisse fieri ic urbe, nisi hac locutionis formula,tum apud Marcellinum, tum apud Socratem et Cedrenum, locis infra allatis, ipsum Palatium Hebdomi, vel Tribunal quod ad urbem stetit, intelligatur.

XV. Proinde igitur apud scriptores Hebdomum pro ipso Palatio usurpari omnino constat. Apud Zonaram in Theodosio Juniore et Nicephorum Callisti, Pulcheria, regia exacta, εἰς τὸ Ἑβδόμον concessisse legitur,id est in Palatium Hebdomi. Ruffinus lib. III *De vitis Patrum* de quodam monacho: *Habitabat autem in parva cella foris civitatem, prope proastium qui vocatur in Septimo,ubi solent impera-*

tores egressi de civitate libenter degere. Neque aliter intelligendus Theophanes, an. 31 Justiniani, ubi de terræ motu qui eo anno accidit, quo urbis muri a Constantino et a Theodosio conditi, non modo conciderunt, sed et ἐν ἐξαιρέτῳ (*præsertim*, ita hæc vox vertenda fuit) ἐκκλησίαι, καὶ τὰ ἐπέκεινα τοῦ Ἑβδόμου, ædes S. Samuelis, Deiparæ Petalæ dictæ, et S. Vincentii multaque ecclesiarum altaria et ciboria, a porta Aurea ad portam Rusii. Hic enim per ***Hebdomum*** exserte intelligitur Palatium Hebdomianum urbi ac illius muris adjunctum, cum de ruinis urbis duntaxat hic agatur. In Chronico ms. ab Adamo ad Leonem Sapientem in Mauricio, Campus Tribunalis Hebdomo proximus dicitur: Καὶ μὴ τοῦτο καταδεξαμένου τοῦ Βασιλέως, θυμωθεὶς ὁ βάρβαρος, ἀπέκτεινεν χιλιάδας δέκα ἐν τῷ Κάμπῳ τριβουναλίου, τῷ πλησίον τοῦ Ἑβδόμου, hoc est, In *Campo Tribunalis Palatio ad urbis muros, Hebdomo appellato, proximo.* Notant Menæa 29 Julii, SS. Benjamini et Verii memoriam celebrari πλησίον τοῦ παλατίου τοῦ Ἑβδόμου. Neque forte aliud est Palatium ab Hebdomiano, de quo Zonaras in Constantino Monomacho, scribens Tornicio urbem oppugnante versus Blachernas imperatorem ἔν τινι βασιλικῶν θαλάμων προβεβλημένῳ τῶν ἄλλων, καὶ ἐπὶ τῷ πρὸ τῆς πόλεως ἐστραμμένῳ πεδίῳ pro majestate consedisse, ut videret hostes, et ab iis vicissim videretur. Ubi observare licet, non modo hanc locutionis formulam, πρὸς τῆς πόλεως, denotare quod est in urbis prospectu, sed et πεδίον illud πρὸ τῆς πόλεως non aliud esse a Campo Hebdomi vel Tribunalis, quem ad urbem, et ante urbem exstitisse produnt passim scriptores.

XVI. Neque porro, quod supra attigi, Palatium Hebdomi et Tribunal unum idemque fuere, si stricte res sumatur. Nam Tribunal erectum erat in Campo Hebdomi sub dio, in quo levari et inaugurari solebant imperatores, cui adjunctum erat ingens Palatium, quo se recipiebant exacta inauguratione, quod Hebdomi pariter appellabant, quod in campo Hebdomi esset ædificatum. Id omnino declarat Theophylactus Simocatta lib. I, cap. 1. Nam ubi scriptor *Chronici Alexandrini* ait mortuum Tiberium Constantinum ἐν προκέσσῳ τοῦ Ἑβδόμου, id est dum in Palatio Hebdomi moraretur, post renuntiatum in Augustum Mauricium generum in Tribunali, ut habent Theophanes et Zonaras, hæc ait, ubi de inauguratione Mauricii: Φοράδην γὰρ ἀχθεὶς ὁ βασιλεὺς Τιβέριος ἐπὶ τὴν ὕπαιθρον τῶν βασιλείων αὐλήν, ἥτις παρήνωται τῇ πολοστιβάδι τῶν ἀνακτόρων οἰκίᾳ, προαυλίῳ περιφανεῖ, καὶ περιδόξῳ τῷ προσκηνίῳ, Mauricium scilicet imperatorem renuntiavit. Quæ quidem verba ita Latine sonant: *Raptim adductus Tiberius imperator in subdiale palatiorum atrium, multis constanti triclinii palatiorum ædi adjunctum, vestibulum illustre, visendumque proscenium.* Ex his quippe colligitur Atrium in quo exstructum erat Tribunal, vestibuli vicem præbuisse adjacenti Palatio: hincque Palatium et Tribunal promiscue ut unum idemque ab Himerio Παλάτιον τὸ τριβουνάλιον, et ***Hebdomum*** appellari ab aliis scriptoribus. Non mirum igitur videri debet si utrumque exstitisse Constantinopoli tradant quos supra laudavimus scriptores, cum Urbi proxime adjacuerit in Hebdomiano Campo ad ipsa mœnia ædificatum: quemadmodum suburbanum Sangermanense, vel S. Marcelli, in ipsa Parisiorum urbe esse dicimus, etsi mœnibus et portis nuper ab ea utrumque disparatum. Neque enim Hebdomum, ubi inaugurari solebant imperatores, Constantinopoli esse potuit, quod exserte tradunt supralaudati scriptores, si ad septimum milliare exstitit: quasi aliquis quod actum legitur Versaliis, id Parisiis factitatum scriberet, quod nemo unquam, nisi stupidus, et minus sanæ mentis, litteris mandare audeat.

XVII. Enimvero non omnino pro certo haberi debet quod ait vir doctus, Προάστεια, et *Suburbana* dici duntaxat quæ millibus aliquot ab urbe distant, quæque προάστεια τῆς πόλεως videntur appellari a Theophane, an. 7. Justini Junioris, et quorum præ cæteris meminit concilium Nicænum II, can. 18, imo quævis prædia rustica, ut in Vita Basilii Junioris, n. 42 et 44, quemadmodum apud Anonymum Sirmondeum, Constantinus M. mortuus dicitur in suburbano Constantinopolitano villa publica, juxta Nicomediam, rectius tamen in *Chronico Alexandrino*, ἐν προαστείῳ τῆς αὐτῆς πόλεως, scilicet Nicomediæ, adeo ut inde elicere velit suburbanum Hebdomum procul ab urbe fuisse: cum quæ urbi statim obversantur, etiam ad ipsos urbis muros, ita appellare solere scriptores ipsemet non diffiteatur. Nam ideo dicta προάστεια quod πρὸ τῆς πόλεως, et in illius sint prospectu. Ita enim προάστειον apud Hesychium exponitur πρὸ τῆς πόλεως, et apud Papiam, *viridarium pro murum*, apud Hugutionem vero *locus ante civitatem id est suburbanum.* Quidquid igitur extra urbem, vel illius muros, et in illius conspectu est, *suburbanum* dicitur, etiamsi interdum ab ea millibus aliquot remotius, ut est in Glossis interlinearibus ad hunc versum Gregorii Theologi in Dramate *de* Christi passione: Ἐτυγχάνομεν ἀγρόθεν πυλῶν ἔσω, ubi Glossator, ἢ ἀπὸ προαστείου. Ejusmodi sunt villæ quæ delectationis causa coluntur, de quibus exstant aliquot Epigrammata in Anthologia, lib. IV, cap. 30, et Tullius, *Deliciarum causa et voluptatis quosdam in hortis aut suburbanis suis cum militella sua videmus.* Unde in horum ejusmodi suburbanorum propylæis Martem effingere solebant veteres, quod cum extra urbium essent mœnia, hostium paterent incursibus, cum ædibus intramuraneis Minervam appingerent, quia, inquit Isaacius Tzetzes ad Lycophronem, ἐν ταῖς πόλεσι καὶ ταῖς οἰκίαις χρὴ συμβουλῆς καὶ φρονήσεως, ἐν τοῖς ἐκτὸς δὲ (προαστείοις, ut ea supra appellarat) ὑπὲρ τούτων ἀμύνεσθαι τοὺς πολεμίους. Quæ igitur ubi vicina sunt, προάστεια, et esse πρὸ τῆς πόλεως dicuntur:

quomodo accipienda constat verba Theophylacti Simocattæ, lib. VI, cap. II, cum ait : εἰς τὰ πρὸ τῆς πόλεως nata παράδοξα τέρατα, id est in agro circumjacenti, et *in suburbanis*, ut recte vertit interpres. Jam vero προάστεια, urbi Constantinopolitanæ, atque adeo ipsis mœnibus adjuncta palatia vocare scriptores Byzantinos vel inde constat, quod Sycas, seu Galatam unico freto ab urbe discretam, cujus etiam decima tertia regio exstitit, ac proinde illius pars fuit, ita appellet *Chronicon Alexandrinum*, an. 1 Justiniani : et Cosmidium, seu Palatium, ad ædem SS. Cosmæ et Damiani, quod Emporium dicitur Georgio monacho in Michaele Theophili filio, et scriptoribus nostris *Castellum Boemundi*, ut suo loco docuimus, ad littus ejusdem Ceratini sinus, ipsosque muros maritimos, proinde urbi contiguum, προάστειον perinde a Symeone logotheta in eodem Michaele n. 13 appelletur. Sic etiam Palatium Peganum ad portam Auream, eique continuum a Cinnamo lib. II, n. 17 appellatur, cum ait Ludovicum VII Francorum regem, salutato Manuele imperatore in Magno Palatio, εἰς προάστειον, ὃ Φιλοπάτιον ὠνόμασται τοῖς πολλοῖς, concessisse. Neque enim aliud est Philopatium a Palatio Pegano, quod pluribus alias probavimus, tum in Notis ad Villharduinum, tum in nostra *Constantinopoli*. Idem vero Cinnamus n. 14, illud ipsum Palatium τὸ καταντικρὺ τειχέων βασιλικὸν ἐνδιαίτημα vocat. Non igitur contendat vir doctus suburbana solum appellari quæ longius ab urbe distant, vel prædia deliciis et voluptati addicta, quemadmodum *Siciliam populo Romano jucundam suburbanitatem* fuisse dixit Cicero IV in Verrem : qua quidem voce usus etiam Sidonius. lib. III, epist. 1 : *Ecclesiam Arverni municipioli, cui præpositus etsi immeritus videor, peropportuna oblatione locupletando, cujus possessioni plurimum contulisti, Cuticiacensis prædii suburbanitate, non minus nostræ possessionis fraternitatem loci proximitate dignatus ditare.* Proximum igitur urbi Arvernæ fuit Cuticiacense prædium.

XVIII. Neque vero proxima duntaxat civitatibus loca, vel prædia, aut palatia προαστείων nomine donata, sed etiam intra ipsam urbem, ac in rotioribus et ad ipsos muros partibus, quævis ædes amplos hortos habentes delectationis gratia, ut sunt hodie, quas vocant, *Vineæ* intra urbem Romam, quæ προαστείων vice sunt magnatibus : cum ita appellentur, quod revera primis reipublicæ ac imperii Romani temporibus intra urbes vineæ colerentur, quod vetuisse Domitianum scribunt. Nam, ut ait lex 6 Cod. de præd. et al. reb., *Prædium rusticum vel suburbanum ab urbanis non loco, sed qualitate discernitur.* Quæ totidem verbis habentur in lib. XXXVIII *Basilic.* tit. 9, cap. 37 : Προάστειον ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ οἰκήματος οὐχ ὁ τόπος, ἀλλ' ἡ ποιότης χωρίζει. Ubi Scholiastes : Τὸ προάστειον, φησὶ, χωρίζεται ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου θέσεως, ὅτι ἐξώκισται τῆς πόλεως, ἀλλ' ἐκ τοῦ προσέχειν πάροδον, ὥστε, καὶ εἰ ἐν πόλει ἐστὶ, πρόσοδον δὲ παρέχει, συνουρβάνον λέγεται· καὶ ἔξω δὲ πόλεως εἰ ἔστιν, ἀπροσόδευτον δέ ἐστι τὸ οἴκημα, πρὸς τέρψιν μόνον κατεσκευασμένον λέγεται. Vel inde patet *suburbana* intra ipsam urbem exstitisse, proindeque non mirum si quæ ipsis extra mœnibus adjuncta erant eamdem nomenclaturam obtinuerint. Atque hac quidem notione, id est pro suburbanis intramuraneis, προάστεια appellat concilium Constantinopolitanum sub Mena, act. III, ubi de perquisitione Anthemii in urbe facta agitur, et episcopis, qui a Patribus concilii ad hoc missi fuerant : Ἔφησαν δὲ προάστειον αὐτὸν ἔχειν πλησίον τοῦ προφητείου, ἐν ᾧ συνεχέστερον εὑρίσκετο ἀπιών. Propheteum autem istud infra S. Isaiæ appellatur : Ὅτι ἴσμεν αὐτὸν ἔχοντα προάστειον πλησίον τοῦ προφητείου τοῦ Ἁγίου Ἡσαΐου. Rursum : Παρεγενόμεθα καὶ ἐν τῷ προαστείῳ τῷ διαφέροντι τῷ αὐτῷ Πέτρῳ πλησίον ὄντι τοῦ εὐκτηρίου οἴκου τοῦ ἁγίου μάρτυρος Θύρσου. Denique : Κἀκεῖθεν παραγενόμενος ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Θύρσου, ἔγνωμεν ὡς προάστειον πλησίον διάκειται Πέτρου τοῦ ποτε τῆς Ἀπαμέων ἐπισκόπου, etc. Eæ porro hic recensitæ ecclesiæ intra urbis Constantinopolitanæ muros ædificatæ erant, de iisque sat multis egimus in nostra *Constantinopoli*, libro IV. Neque enim extra urbem missi episcopi, quo Anthemium et Petrum Apameensem perquirerent, cum id non exigant canones, sed in suis ipsorum intra urbem ædibus, ubi habitare solebant. Quin etiam de hujusmodi intramuraneis suburbanis intelligendus videtur Theophanes, an. 22 Anastasii, qui in seditione orta Constantinopoli, fugæ se dedit, ὥστε κρυβῆναι ἐν προαστείῳ ἐγγὺς Βλαχερνῶν. Sive enim Suburbanum istud intra aut extra urbem fuerit, saltem Blacherniano Palatio, quod intra urbem postmodum inclusum fuit Heraclio imperante, proximum fuisse dicendum est. Verum quis dissertatori concedat Petrum Gyllium sola agnovisse suburbana quæ urbi contigua sunt, et ignorasse ita appellari quæ aliquot millibus ab ea distant : quasi vero singularis omnino eruditionis scriptori, et quem eo nomine summis laudibus non semel extollit Jacobus Cujacius, ignota fuerint quæ pueri sciunt in scholis : sed is scivit quod ignoravere alii, προάστεια non modo urbi continua, quorum præ cæteris meminit Joannes Biclarensis, an. 1 Tiberii, sed etiam quæ in ipsa urbe sunt interdum appellari.

XIX. Jam vero cum Hebdomum, seu Campus Hebdomi, amplus esset ager, ut qui ab urbe ad septimum usque lapidem pertingeret, varia, ut diximus, in eo exstitere ædificia et suburbana, quæ in Hebdomo excitata esse dicuntur a scriptoribus, non indicato fere semper eorum peculiari situ, et an urbi, vel an septimo lapidi proxima fuerint. Nam præter Tribunal et adjunctum Constantinianeum Palatium, de quibus egimus, ut omittam etiam Castellum Theodosianum, quod in Hebdomo statuit Theophanes, an. 7 Phocæ legimus

apud Procopium, lib. I *De ædific. Justiniani*, cap. 4, ædificatam ab eodem Augusto S. Theodotæ ædem ἐν προαστείῳ τῷ καλουμένῳ Ἑβδόμῳ : aliam præterea S. Joannis Baptistæ ἐν τῷ Ἑβδόμῳ καλουμένῳ, et aliam denique in eodem Hebdomo SS. Menæ et Menæo martyribus dicatam. Quod vero spectat ad ecclesiam S. Præcursoris, quin illa sit, quam a Theodosio M. ædificatam tradunt scriptores, et quam Justinianus instauraverit, dubitare non licet, quæ μονὴ τοῦ Ἑβδόμου dicitur Scylitzæ et Zonaræ in Alexio, et Ἕβδομον nude in Vita Auxentii sub initium : quam Sozomenus lib. VII, cap. 21 πρὸ τοῦ ἄστεως, idem cap. 24 ἐν Ἑβδόμῳ μιλίῳ, *Chronicon Alexandainum* an. 13 Theodosii M. ἐν τῷ λεγομένῳ Ἑβδόμῳ Κωνσταντινουπόλεως, Nicephorus denique Callisti πρὸ τῆς Κωνσταντίνου ἐν τῷ λεγομένῳ Ἑβδόμῳ, ab eodem Theodosio excitatam scribunt, in Hebdomo scilicet quod urbi proximum et in illius conspectu fuit : nam, ut est apud Georgium Alexandrinum in Vita S. Joannis Chrysostomi, ita vocabatur ὁ τόπος τῆς τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐκκλησίας. Hisce porro loquendi formulis satis innuunt iidem scriptores, hanc ædem non ad septimum ab urbe milliare ædificatam fuisse. Quid enim sibi vult aliud, πρὸ τῆς πόλεως, quam in urbis ipsius prospectu ? vel Hebdomum Constantinopoleos quam pars Hebdomiani Campi urbi proxima ? deinde Phocam in hac æde coronatum imperatorem tradunt Simocatta, *Chronicon Alexandrinum*, et Theophanes, scilicet juxta Tribunal, ubi acclamatus fuerat Augustus. Tribunal vero urbis mœnibus proximum fuisse supra docuimus. Verum quin ad septimum milliare non exstiterit, hinc patet omnino quod ad sinus Ceratini littus statuatur a Socrate, lib. VI, cap. 11, unde septem ab Urbe millibus disparata esse non potuit, siquidem littus Ceratinum ad sinus caput ultra unum milliare non protenditur, ubi Cydaris et Barbyses fluvioli confluunt, et in sinum Ceratinum aquas suas evolvunt. Ita porro Socrates ubi de Epiphanio Cypri episcopo ad Urbem appellente : Προσορμήσας οὖν ἐν τῷ ἐπὶ Ἰωάννην μαρτυρίῳ, ἀπέχει δὲ τοῦτο ἑπτὰ σημείοις τῆς πόλεως, καὶ ἐξελθὼν τῆς νεώς, etc. Paulo aliter Sozomenus, lib. VIII, cap. 14, ubi de eodem Epiphanio : Ἐκπλεύσας τῆς Κύπρου, κατῆλθεν εἰς πρὸ τῆς πόλεως καλούμενον Ἕβδομον· εὐξάμενος δὲ ἐν τῇ ἐνθάδε ἐκκλησίᾳ, ἦκεν εἰς τὴν πόλιν. Appulerat scilicet Epiphanius ad portum Hebdomi, per sinum Ceratinum, indeque, cum in æde S. Joannis Baptistæ orasset, in urbem proximam venit, non navigio, sed itinere terrestri. Neque tamen ad ipsum maris sinus Ceratini littus, versus illius caput, exstitit ædes S. Joannis Baptistæ, sed in continenti, licet eidem forte vicina. Quod colligere est ex eodem Procopio, lib. I, cap. 8, ubi οὐκ ἐπιθαλάσσιον τὸ τοῦ Βαπτιστοῦ ἐν τῷ Ἑβδόμῳ καλουμένῳ Martyrium fuisse diserte ait, contra quam ædes S. Michaelis in Anaplo, quæ eidem quoad structuram similis fuit. Hebdomum porro non ad Propontidem, sed ad sinum Ceratinum exstitisse sat pluribus supra probavimus.

XX. Præallatis vero non obstat quod Socrates lib. VI, cap. 6, S. Prodromi Μαρτύριον septem ab urbe milliaribus dissitum scribat, hisce verbis, Ἑπτὰ δὲ σημείοις τοῦτο ἀπέχον τῆς πόλεως. Et cap. 11 : Ἀπέχει δὲ τοῦτο ἑπτὰ σημεῖα τῆς πόλεως. Hæc enim intelligenda, non de martyrio ipso, sed de Hebdomiano campo, qui revera initio sumpto a septimo lapide ab urbem pertinente, septem ab ea milliaribus dissitus fuit. Hebdomum igitur vocabatur hæc ædes, quod in Hebdomo excitata esset, hoc est in campo Urbi proximo, ut et alia eidem ædi adjuncta, S. Joanni evangelistæ dicata, ut est apud Codinum, in *Originibus Constantinopolit.* cujus verba attulimus in nostra *Constantinopoli ;* et apud Pachymerem, qui lib. II, cap. 21, monasterium, quod τὴν κατὰ τὸν Ἕβδομον τοῦ Θεολόγου μονήν, infra lib. VII, cap. ult. nude Ἕβδομον vocat, ubi de sepulcro Basilii Bulgaroctoni in eo sepulti agit, cujus Epitaphium, quod descripsimus in Notis ad Zonaram, observat illius τύμβον ἐν μέσῳ γῆς Ἑβδόμου fuisse, qua verborum formula satis indicatur hanc ædem exstitisse in campo Hebdomi, non vero ad septimum ab Urbe milliare. Sed an S. Prodromi Hebdomiana ædes intra urbem posmodum inclusa fuerit, quod velle videtur Gyllius, dubium facit ne quid dissimulem, quod Constantinus Porphyrogenitus tradat Basilium avum ædem S. Joannis Baptistæ, eidem ædi S. Joannis evangelistæ in Hebdomo proximam, et a Basilio instauratam, extra Urbem statuat, cap. 6 edit. Allatianæ : ita ut ædes S. Præcursoris, quam sua ætate dirutam fuisse a Turcis scribit Gyllius illa forte fuerit, quæ vetus dicebatur, et urbis muris incumbebat a Constantino M. ædificata, ut ea in Πατρίοις ΚΠ. a nobis laudatis.

XXI. Mirari porro hoc loco subit, tam fideneer affirmare virum eruditum, neminem veterum (n. dulgendum tamen quod addiderit, *quos lege*) ecclesiæ S. Joannis Prodromi Christi intra murros urbis Constantinopoleos ullam fecisse mentionem: cum præter celeberrimum illud Studiense monasterium nemini non notum, ad duodecim eidem S. Præcursori intra urbem dicatarum ædium historiam in nostra *Constantinopoli* perstrinxerimus : quibus duas insuper alias addere licet, in quas non incideramus, dum illa prodiit, quarum altera est S. Joannis Baptistæ ἐν τῷ Λοφαδίῳ, cujus meminit Codex Cæsareus apud Petrum Lambecium, lib. V Commentar. de Bibl. Cæsar. pag. 79 : Ἐπὶ δὲ ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Νικολάου τοῦ Κυρδυνιάτου, τοῦ ἐκ τῆς σεβασμίας μονῆς τοῦ τιμίου Προδρόμου τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐπιλεγομένης τοῦ Λοφάδ, etc., qui quidem Nicolaus patriarcha non alius est ab eo qui Alexio Commeno imperante vixit, ut docemur ex Catalogo Patr. Constantinopol. descripto in Jure Græcorum : Νικόλαος μοναχὸς ὁ γραμματικὸς

ὁ ἐν Λοφαδίῳ θεοπρόβλητος ἀρχιερεὺς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κυροῦ Ἀλεξίου, etc. Aliam, quæ Danielis nomen prætulit, ædem S. Prodromi ad S. Mocium memorat scriptor ineditus Vitæ S. Marciani œconomi, a quo exstructam scribit: Τὸ μὲν οὖν ἱερὸν αὐτοῦ λείψανον (S. Isidori) ἡ ροῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου μονὴ, ἥτις ἄρα καὶ τοῦ Δανιὴλ λέγεται, δέχεται, ἐγγὺς μὲν θείου ναοῦ λαμπροῦ μάρτυρος Μωκίου διακειμένη, ἔργον καὶ αὐτὴ οὖσα τῆς ἐκείνου χειρὸς, ἢ μᾶλλον τῆς προθέσεως, ἔνθα δὴ καὶ εἰς δεῦρο λαμπρῶς αὐτοῦ καὶ φιλοθέως ἡ μνήμη τελεῖται. Atque hæc quidem per πάρεργον hic descripsimus, ut binæ istæ S. Præcursoris ædes cæteris a nobis commemoratis adjungantur. Ex prædictis igitur hæc summatim colligere libeat Hebdomi vocem varie a scriptoribus Byzantinis efferri: pro loco scilicet in quo stetit septimus lapis, ubi ædificia quorum ii meminerint stetisse nulla, ut superius dixi, prorsus constat: deinde pro interjecto inter septimum istum lapidem et urbem Constantinopolitanam, in quo ea omnia quæ ab iis in Hebdomo esse dicuntur, exstitere, cujusmodi fuere Tribunal, Palatium eidem adjunctum, ac subinde intra urbem inclusum, sed et ædes S. Joannis Baptistæ et Joannis evangelistæ, quæ quidem ædificia omnia Hebdomi appellatione promiscue donantur a scriptoribus. Utrum vero satis superque ista probaverimus, judicium ferent eruditi lectores.

Οἱ μέντοι παρουσιάσαντες μητροπολῖται ἦσαν οὗτοι· ὁ Καισαρείας, ὁ Ἐφέσου, ὁ Κυζίκου, ὁ Σίδης, ὁ Ἀμασείας, ὁ Νεοκαισαρείας, ὁ Καρίας, ὁ Λαοδικείας, ὁ Ἰκονίου, ὁ Συλαίου, ὁ Ἱεραπόλεως, ὁ Εὐχαΐτων, ὁ Κερασοῦντος, ὁ Ἀβύδου, ὁ Λαρίσσης, ὁ Κορίνθου, ὁ Μηθύμνης, ὁ Ἁροναξίας, ὁ Προικονήσου, ὁ Ἡρακλέος, ὁ Λευκάδος, ὁ Γαρέλλης, ὁ Ναζιανζοῦ.

Metropolitani quidem præsentes, hierant: Cæsariensis Ephesinus. Cysicenus. Sidensis. Amasiensis. Neocæsariensis. Cariensis. Laodicenus. Iconiensis. Sylæensis. Hierapolitanus. Euchaitensis. Cerasuntius. Abydenus. Larissensis. Corinthius. Methymæus. Poronaxius. Præconnesius. Heraclanus. Leucanius. Garellius. Nazianzenus.

II.

UT TONDEANTUR ELECTORUM PONTIFICUM UXORES [3]. (A. 1187.)

Τὸ γεγονὸς σημείωμα παρὰ τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυρίου Ἰσακίου τοῦ Ἀγγέλου περὶ τοῦ ἀποκείρεσθαι τὰς τῶν ὑποψηφίων ἀρχιερέων γυναῖκας, ἀπολυθὲν κατὰ τὴν κ' τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός, ἡμέρᾳ τετάρτῃ, ἐπινεμήσεως πέμπτης. B *Ut tondeantur electorum pontificum uxores. Publicatum die* 20 *mensis Septembris, feria quarta, indictione quinta.*

Ἡ ἔννομος τοῦ βασιλέως ἀπόφασις οὐκ ἀκίνδυνος τοῖς παρανομοῦσι φανήσεται· ὡς γὰρ ὄμφακες ὀδοῦσι καὶ καπνὸς ὄμμασι βλαβερὸν, οὕτω καὶ παρανομία τοῖς χρωμένοις αὐτῇ. Πρὸς τί δέ μοι καὶ ἀφορᾷ τὸ τοῦ λόγου προαύλιον; Ὁ ἱερώτατος μητροπολίτης Κυζίκου καὶ τὴν σήμερον εὑρίσκων τὴν βασιλείαν μου θεμιστεύουσαν, συνεδριαζόντων αὐτῇ τοῦ τε ἁγιωτάτου μου δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, καὶ τῶν ἑτέρων ἁγιωτάτων πατριαρχῶν, τοῦ θεουπόλεως Ἀντιοχείας καὶ τοῦ Ἱεροσολύμων, μηδὲ τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει C ἐνδημούντων ἱερωτάτων ἀρχιερέων ἀπολιμπανομένων, ὧν τὸ πρὸς ὄνομα διαληφθήσεται κάτωιεν, προέθετο· ὅτι τινὲς τῶν εἰς μητροπόλεις ἢ ἀρχιεπισκοπὰς ψηφισθέντων καὶ χειροτονουμένων πρὸ τῆς χειροτονίας ἔχοντες γαμετὰς, αὐτοὶ μὲν τὸ καταξιωθῆναι τοῦ χρίσματος τῆς ἀρχιερωσύνης οὐκ ἀπηνήναντο· αἱ δὲ σύνοικοι τούτων τὸν αὐτὸν καὶ πάλιν κοσμικώτερον σχηματισμὸν ἀμφιέννυνται, ἀνυποστόλως ταῖς οἰκίαις ἐνδιατρίβουσαι ἐν αἷς κατῴκουν τὸ πρότερον, καὶ οὔτε γυναικείοις μοναστηρίοις εἰσήχθησαν, ἀλλ' οὐδὲ τῷ Θεῷ ἑαυτὰς ἀφιέρωσαν καὶ τὸν μονήρη βίον ἠσπάσαντο· καὶ ταῦτα τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων ῥητῶς ἐγκελευομένων, τοὺς χειροτονηθέντας ἀρχιερεῖς ἐκ παντὸς τρόπου τῶν πρὸ τῆς χειροτονίας συζευχθεισῶν D αὐτοῖς ἀπέχεσθαι νομίμων γαμετῶν, ὅτι μὴ ἐξ ἐπιτάγματος, ἀλλ' αὐθαιρέτῳ γνώμῃ ἕκαστον τῶν τοιούτων προσώπων εἰς Ἐκκλησίαν ψηφισθὲν ἢ τὴν ἀποχὴν καὶ τὸ ἀγάμετον οἰκειώσαιτ' ἂν διὰ τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξίωμα, ἢ τὴν ἀμίαντον συνάφειαν διὰ τὸ τοῦ γάμου προέλοιτο, τίμιον. Καὶ ταῦτα λέγων καὶ κανόνων διαφόρων ἐπέμνητο, ὧν καὶ εἷς ὁ μὴ ἦν τῆς ς] συνόδου ταυτὶ κατὰ ῥῆμα διαλαμβάνων· « Ἡ τοῦ πρὸς ἐπισκοπῆς προεδρίαν ἀναγομένου γυνὴ, κατὰ κοινὴν συμφωνίαν τοῦ ἰδίου

Legitimam imperatoris sententiam non sine periculo delinquentes experientur. Ut enim dentibus acerba uva, oculis fumus nocet, sic iniquitas iis qui ipsa utuntur. Quorsum vero mihi hoc orationis spectat præludium? Cum sacratissimus Cyzici metropolitanus invenisset majestatem meam hodierno quoque die jura reddentem, assidentibus sanctissimo domino meo œcumenico patriarcha, et aliis sanctissimis patriarchis, Antiocheno videlicet et Hierosolymitano; nec abessent, qui tunc in urbe regia sacratissimi pontifices erant, quorum nomina inferius continebuntur: propositum est, quosdam eorum qui ad metropoles vel archiepiscopas electi et ordinati sunt, cum uxores ante ordinationem haberent, non recusare quidem, quin primarii sacerdotii chrismate inungerentur; sed eorum uxores eumdem rursus mundanum habitum induere, inverecunde agentes, in iis ædibus, quas antea habitabant: nec femineis introductas esse monasteriis, sed nec Deo seipsas dedicasse, et vitam delegisse monasticam. Et hæc, cum sacri divinique canones expressim moneant, electos pontifices a legitimis suis uxoribus, quas ante ordinationem habebant, omni modo abstinere: ut non ex præcepto, sed propria voluntate eorum quisque continentiam vel cælibatum proprium sibi deligat, propter dignitatem sacerdotii, aut propter matrimonii honestatem, conjunctionem castam præferat. Hæc dicens, varios canones allegabat, inter quos et quadragesimus octavus erat sextæ synodi, hæc ad verbum comprehendens: « Uxor ejus, qui ad episcopalem dignitatem promovetur, communi viri sui consensu prius separata, postquam in episcopum ordinatus est et consecratus, manasterium ingrediatur, procul ab episcepi habitatione exstructum, et episcopi providentia fruatur. Sin autem

(3) **Leunclav. ibid., p. 175.**

digna visa fuerit etiam ad diaconatus dignitatem provehatur.» Lecto igitur hoc canone, imperium meum in hominibus agnoscens maxima dona Dei a superna clementia, et regni ac sacerdotii divinitus concessam unctionem et dignitatem ex uno eodemque perenni fonte manare, humanamque exornare vitam, et amplificare: nihil etiam studiosus colens, quam sacerdotum auctoritatem, qui regia ex sacra circumspectione manus sustinentes, Deum pro universa Christiana multitudine deprecantur, et ut sacræ quædam ancoræ imperialem potentiam suffulciunt: postquam etiam canones contemni et infringi cognovisset in bene instituta republica, et quidem nostræ potentiæ, quasi non soluti essent creati pontifices, qui suis uxoribus cohabitare non vererentur, non parum commotum est.

A ἀνδρὸς προδιαζευχθεῖσα, μετὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονίαν ἐν μοναστηρίῳ εἰσίτω, πόρρῳ τῆς τοῦ ἐπισκοπείου καταγωγῆς ᾠκοδομημένῳ, καὶ τῆς τοῦ ἐπισκόπου προνοίας ἀπολαυέτω. Εἰ δὲ καὶ ἀξία φανείη, πρὸς τὸ τῆς διακονίας ἀναβιβαζέσθω ἀξίωμα.» Ἀναγνωσθέντος οὖν τοῦ τοιούτου κανόνος ἡ βασιλεία μου μέγιστα τὰ ἐν τοῖς ἀνθρώποις δῶρα Θεοῦ παρὰ τῆς ἄνωθεν φιλανθρωπίας γινώσκουσα καὶ τὸ τῆς βασιλείας καὶ τὸ τῆς ἱερωσύνης θεόσδοτον χρίσμα καὶ ἀξίωμα ἐκ μιᾶς τῆς αὐτῆς ἀεννάου πηγῆς ἑκάτερα προϊόντα καὶ τὸν ἀνθρώπινον βίον κατακοσμοῦντά τε καὶ πιαίνοντα, καὶ μηδὲν οὕτω περισπούδαστον ἔχουσα ὡς τὴν τῶν ἱερέων σεμνότητα, οἵ τινες χεῖρας ἐγκαταστάντες τῇ βασιλείῳ καὶ θείᾳ περιωπῇ ὑπὲρ παντὸς τοῦ φιλοχρίστου πληρώματος τὸν Θεὸν ἱκετεύουσι καὶ ὡς ἱεραί τινες ἄγκυραι τὸ τῆς βασιλικῆς ἐπικρατείας ἐρείδουσιν, ἐπὰν καὶ μάθοι τοὺς κανόνας παραθεωρεῖσθαι καὶ παραθραύεσθαι ἐπὶ τῆς εὐνομίας καὶ ταῦτα τοῦ κράτους ἡμῶν, ὡς καὶ ἔτι μὴ διαζευχθέντων τῶν χειροτονηθέντων ἀρχιερέων, ἀλλὰ καὶ συνοικεῖν ἀνεχομένων ταῖς αὐτῶν γαμεταῖς, οὐ μικρῶς ἔπαθε τὴν ψυχήν.

Triste etiam quiddam nec gratum in piissimum chartophylacem mea intuens majestas, definiit, cohortantibus ad id sanctissimis patriarchis, uxores creatis pontificibus ante ordinationem conjunctas in muliebria monasteria procul sita ab habitatione pontificum sine dilatione induci, tonderique eas, et canonice apud monachas degere, in quo monasterio comam deposuerint; aut si ipsæ tonsuram recusent, qui eis ante ordinationem juncti erant matrimonio, pontificati solio et dignitate priventur, et in eorum locum alii sufficiantur. In posterum autem, qui ante creationem legitimam uxorem habebit, non aliter ordinari, quam si communi conjugum scripto consensu et placito, a se invicem separentur, et mulier monasticam vitam amplexa sit. Sic enim creatio sine offendiculo et damno, juxta sacros et divinos canones procedet, semota ab omni sacerdotalis ordinis reprehensione.

B Ταῦτά τοι καὶ στυγνόν τι καὶ ἄχαρι τῷ θεοφιλεστάτῳ χαρτοφύλακι προσβλεψαμένη ἡ βασιλεία μου παρ' αὐτὰ διωρίσατος προτρεψαμένων τοῦτο καὶ τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν, ἐν γυναικείοις μοναστηρίοις ἀνυπερθέτως εἰσαγαγεῖν τὰς πρὸ τῆς χειροτονίας συναφθείσας γαμετὰς τοῖς χειροτονηθεῖσιν ἀρχιερεῦσι, πόρρω τῆς τῶν ἀρχιερέων ᾠκοδομημένης καταμονῆς, καὶ ἀποκείρεσθαι ταύτας καὶ κανονικῶς κατὰ μοναχὰς διάγειν ἑκάστην αὐτῶν ἐν ᾗ μονῇ καὶ τὴν τρίχα ἀπέθετο· ἢ μὴ βουλομένων γυναικῶν ἑκουσίως τὴν ἀπόκαρσιν δέξασθαι τοὺς πρὸ τῆς χειροτονίας συναφθέντας αὐταῖς ἀπαγυμνωμένους εἶναι τοῦ ἀρχιερατικοῦ θρόνου καὶ ἀξιώματος, καὶ ἑτέρους ἀντ' αὐτῶν ἐπὶ ταῖς λαχούσαις αὐτοὺς ψηφίζεσθαι· καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε μὴ ἁπλῶς χειροτονεῖσθαι τὸν πρὸ τῆς χειροτονίας νόμιμον ἔχοντα γαμετὴν, εἰ μὴ διαζευχθεῖεν ἑκάτεροι, κατὰ κοινὴν τῶν συνεύνων ἔγγραφον συμφωνίαν τε καὶ ἀρέσκειαν, καὶ ἡ γυνὴ τὸν μονήρη βίον ἀσπάσεται· καὶ οὕτω τὰ τῆς χειροτονίας προβαίνειν κατὰ τοὺς ἱεροὺς καὶ θείους κανόνας ἀσκανδάλιστα καὶ ἀπρόσκοπα, καὶ μώμου παντὸς ἀπεξενωμένα τῆς ἱερατικῆς καταστάσεως.

C

Assidebant ad meæ majestatis tribunal pontifices, Cæsareæ, Ephesi, Cyzici, et alii non pauci.

Ἦσαν δὲ τῷ βήματι τῆς βασιλείας μου ἐπὶ τούτοις συνεδριάζοντες ἀρχιερεῖς· ὁ Καισάρειας, ὁ Ἐφέσου, ὁ Κυζίκου, καὶ ἕτεροι οὐκ ὀλίγοι.

III.

AUREA BULLA VENETIS CONCESSA [4]. (A. 1187.)

Quod Venetici quidem non nunc primo Romeis federati amici effecti sint, nec nuper borum amicis fautorisbusque connumerati, sed ex quo tempus crebrum priores fere omnibus Italiæ Romaniam adeuntes et devotionem, quam erga progenitores imperii nostri habebant, ferventius aliis exhibentes, acta ab eis apud Durachium testimonium perhibere non ambigunt: sane cum Robertus Viscardus gravi equoreo exercitu Romaniam invasit, hi

D tunc obvii in illum egressi haud neglecto navigio, et piissimo semperque memorando proavo imperii nostri, domino Alexio Comnano, accedentes fautores non vocati, non parvis periculis se opponentes in contra illum, victoriæ ei non quamlibet parsem contulerunt. Primum itaque hoc exordium primamque radicem devotionis, quam erga Romeos fovebant, exhibentes, ex qua fructus non sumpserunt ignobiles (non enim tunc solummodo

(4) Ex libro albo et Libris pactorum post Marinum *Storia civ. e polit. del commercio de Veneziani*. T. III. p. 301, nuper ediderunt Tafel et Thomas *Urk. z. alt. Handels-und Staatsgesh. der Rep. Venedig*. T. I (Wien 1856) p. 179-189.

Romeis servi erant, verum etiam aliis temporibus et locis, de quibus per partes exprimere prolixum est), a nostre sublimitatis progenitoribus non minima premia adepti sunt, unum quoddam corpus unanime cum Romania effecti uno capite, hoc videlicet imperio, dispensandum. Alii (5) sic uniti et Romanie maxime devoti, occulti ob cujusdam rerum excessum Romanie alieni effecti sunt. Verumtamen quoniam pia nostra tranquilitate in progenitorum suorum sceptra Romani imperii a Deo promota Venetici dilectionem et servitium erga Romaniam sacramento renovare voluerunt, notificata in conventione, quam imperio nostro et Romanie fecerunt, capitula juramento corroborantes, imperium equidem nostrum ad eorum servitium, que ipsi sepe Romanie fecerunt, memoriam veniens (6), eos usque in finem alienos a Romania non fore justum reputavit, suscepit autem eos iterum, misericordie januam pandens, corpusque Romani principatus ad pristinam rede git integritatem, membrum ejus amputatum rursum ipsi adjungens. Quoniam vero poposcerunt nostram sublimitatem, rogantes crisobulum ipsis factum a semper inter imperatores memorando patruo imperii nostri, domino Manuele Comnano, confirmans chysobula ipsis hactenus facta piissimorum semperque memorandorum imperatorum, videlicet proavi imperii nostri domini Alexii et magni patrui domini Johannis Comnanorum, comfirmari cum ceteris et a nostra clementia, imperium nostrum et hanc deprecationem eorum adimplens confirmat per presens chrysobulum verbum suum idem eorum chysobulum, quod sicque habet :

« Et aliquis firmioribus civitatibus fortitudinem addere volens secundas munitiones excogitavit, et custodibus custodias murisque muros adjecit, et hostium insultibus fortissima opposuit; set et auri pondus grave hujus gratia expendere, et perfectioni custodie prolixius tempus terere, et alia plura ad civitatis firmitatem atque custodiam largiri non refutavit. Nos vero et cum deo imperatorio principatu succincti, et potestatem atque virtutem habentes, nec non et pecuniarum thesauros, ubi placet et necessitas exigit, largius effundenles, non largiemur amicis fidelibus et benivolis, et sermone sermones confirmabimus, manumque ad ministrandum stillo exhibebimus ad eorum corroborationem, et vallum vallo adhibebimus, quatenus olim eis munimen custoditum custodiamus et muniamus ? Et ubi hoc imperialis benevolentie et voluntatis, non eis januam opilabimus (7), nec auditum eis serabimus, verum lecius eos adspiciemus et petitionem eorum perficiemus. Et quid mihi ad favores sermonis ? Venetis est quidem factum et a perpetue memorie aut (8) imperii nostri chrysobulum, diversa ipsis largiens liberalitatis beneficia. Sequitur autem ipsum mox et alterum a semper memorando et ter beato ab omnibusque dilecto domino et patre imperii nostri, eadem ipsis impertiens, at appositum est, quod tunc petiere et certe (9) ad restaurationem amborum, fidei et servitutis videlicet, quam erga imperium nostrum habebant, et sinceri amoris, quem erga Romaniam observare polliciti fuerant, nec non et affectus. Necessarium igitur est, et utraque hiisdem quas [9] continent dictionibus presenti nostre serenitatis chrysobulo nunc innovari, quatenus veluti civitatem in medio sitam summis presentis scilicet chrysobuli per omnia colligemus et muniamus. Habet itaque sic perpetue memorie imperatoris domini et patris imperii nostri chrysobulum :

« Consuevit sepe antiquior fides et devotio po-
« steriorem mallivolentiam contegere et delere,
« victis dominis et amicis memoria pristine sub-
« ditorum et amicorum bonitatis ; quale nunc et
« de Veniticis contigit. Imperium enim nostrum
« reminiscens eorum antique devocionis et fidei,
« quam erga perpetue memorie imperatorem et
« desiderabilem dominum et patrem imperii nostri
« exhibuere, pericula pro Romania subeuntes, et
« toto corde, cum inambigua strenuitate pugnan-
« tes contra hostes, qui tunc eam invaserant,
« paulo ante male ab eis gesta contempsit, et
« reversionem eorum suscepit, eisque nutum yla-
« rem ostendit, et accedentes eos amplexatum
« est, et primo quidem indulgentia eos dignos
« facit, ut et penitus nullam amodo subeant lesio-
« nem pro hiis, que in celsitudinem nostram et
« Romaniam ex diabolica infestatione commise-
« runt, verum habeant assiduam pietatis nostre
« indulgentiam per presens chrysobulum eis col-
« latam, pollicentibus et rursum ex toto corde
« pro Romania pugnare et pro omni cristiano
« ordine sub nostra existente clementia, quedam-
« que specialia servitia scripta per conventiones
« celsitudini nostre et Romanie observare polli-
« citis, secundum quod conventio a nunciis
« eorum facta de his latius narrat. Et quoniam
« petierunt idem chrysobulum ipsis factum beati
« imperatoris domini et patris imperii nostri cor-
« rigi sibique iterum dari, quia jam eo privati
« fuerant pro hiis que acciderant culpis, clementia
« nostra eos exaudivit precepitque, inviolabiliter
« hoc tamen scribi et hic poni, sic habens :

Et quid unquam est commutatio eorum, que sincere dilectionis et fidei sunt ? Et quem amicis ministrisque, peribulum subire paratis pro dominis et amicis, reddet quis talionem, et maxime tunc, cum

(5) Editores legendum censent : *At ii* Recte.
(6) Vertens.
(7) Editores notant : *obserabimus* supra legitur ; an *obturabimus ?* Tene tamen formam rariorem *opil.*
(8) Lege *avo*.
(9) *Cartam ?*

ipsi voluntarie pro eis inimicitiarum intersunt pugnis? Et quidem nostre benivolentie liberalitas, magnam hanc rem ponens, nullam repperit retributionem. Verumtamen retribuit, quantum tempus offert, et que amicis et ministris sunt acceptabilia. Sunt igitur ea, que retribuuntur eis fidei sincereque servitutis renumerationes, nostra quidem liberali voluntate benivoloque animo minora et pauciora, non autem ignobilia aliqua, nec amicis vel servis indigna. Verum quid michi proemium vult? Fidelium gesta Veneticorum nullus de hominibus ignoravit. Qualiter autem miriferis constructis navibus Epidamnum, quod nos Durachium vocamus, venerint: et viros navi pugnantes innumeros in auxilium nobis oblulerunt, proprioque stollo scelerosi stolum illius potenter devicerint, perdentes cum ipsis viris; qualiterque adhuc nobis faventes permaneant; et alia, que in mari laborantibus his videlicet viris peracta sunt, et que correcta omnes noverunt, quanquam nos non dicamus? Eapropter ad renumerationem hujusmodi serviliorum eorum elementia nostra concessit per presens crisobulum eos annuatim tempore erogativi accipere sollempnium viginti libras, quatenus per ecclesias distribuant proprias secundum velle suum. Honoravit autem et nobilissimum ducem honoratissima protosevasti dignitate cum salario ejus plenissimo; nec in persona ejus duntaxat honorem istum determinavit, nec indesinentem et perpetuum ac secundum successiones precepit eum fore ducibus, qui per tempora erunt. Similiter honoravit clementia nostra patriarcham eorum Ypertimum, id est superhonorabilem, cum salario librarum XX; et hunc honorem secundum successiones ad posteros patriarchas trasmisit, quatenus et his indesinens sit et perpetuuus et non tantum persone ejus. Constituit autem serenitas nostra et sanctissimam ecclesiam sancti apostoli et evangeliste Marci. Venicie existentem, ab uno quoque Amalfitanorum Constantinopoli et in tota Romana ergasteria habentium, et sub potestate dicti patriciati existentium, uno quoque anno accipere numismata yperpera tria. Ad hoc largitur eis et ergastoria in embolo Peramatis id est transitue existentia, cum eorum solariis, qui introitum et exitum habent versus embolum, progredientia ab Ebrayca usque in locum, qui dicitur Vigla, et que inhabitantur et que non inhabitantur, et in quibus Venetici manent et Greci ut in ergasteriis; et tres scalas, que secus mare sunt, et in manifesto spacto circumscribuntur. Largitur autem et sancto Quintino (10) *pistrinum, quod in latere ejusdem ecclesie est, et domui attinet Petrii et pensionem habet numismata viginti. Item largitur eis et ecclesiam sancti Andree, que est Durachii, cum ibidem existentibus imperalibus pensionalibus, sine tamen apparatu, qui in eis repositus est, quasi debens ad chelandia dari. Concessit autem celsitudo nostra et eos universas mercari species in omnibus Romanie partibus, videlicet apud magnam Laodiciam* (11) *Antiochiam, Mamistam, Adanam, Tarsum, Ataliam, Strorilum, Chium, Theologum, Fociam, Durachium, Aulonum, Korphum, Bunditiam, Methonum, Coronium, Nauplium, Corinthum, Thebas, Athenas Euripum, Dimitriadam, Thessalonicam, Chrysopolim, Peritheoriam, Avidum, Redestum, Adrianopolim, Aprum, Iracliam, Silimbriam, et apud ipsam magnam urbem, et simpliciter in omnibus partibus sub potestate nostre pie tranquillitatis existentibus, non prebentes quo modo pro qualibet propria merce quicquam commerchii gratia vel alicujus alius condictionis, que fisco debeatur, pacti videlicet xilocalami, limeniatici, portiatici, canischii, exafolii, archonticii et aliorum redditiuum, quorum causa negociari debent. In omnibus enim mercationum locis data est eis a nostra sublimitate libera licentia, debens superiores eos facere et ipsa inquisitione. Excident autem et ab ipso eparcho parathalasita* (11), *eleoparocho genicho, commerkiariis, kartulariis, yppologis, et hujusmodi omnibus, nullo per loca principum vel aliorum servitia communis tractantium presumente aliquid eorum contempnere, que hic diffinita sunt. Omnium enim specierum et mercium, quam* (12) *quispiam dicet, collata est eis negotiatio, et omnium emptionem faciendi habebunt potestatem, superantes omnem dationem. Hec igitur imperii nostri pietas sic dispensans sancit et precipit, nullum eis repugnare tanquam rectis et levis clementie nostre* (13) *et contra hostes auxiliatoribus et usque in finem seculi tales se fore pollicitis, nec quemquam omnino latibus sentire contraria, vel allegationes aliquas contra eos exercere, collatorum eis hic gratia ergasteriorum videlicet et scallarum. Cujuscunque enim juris hec sint, sive ecclesiastici sive privati aut publici sive sancte domus, nullus tamen tanget ea, que sunt nunc existentium fidelium celsitudinis nostre Veneticorum, et postmodum futurorum; quoniam multam benivolentiam et rectam voluntatem ergo imperium nostrum et Romaniam exhibuerunt, et hanc toto corde in perpetuum observare pollicentur, et pro Romano ordine ac Christiano prompte pugnare volunt et protestantur. Contra tales viros quis contradicet, aut quis placitum aggredietur? Quam ob rem neque secretum Petrii aut Mirelei, neque familiarium alibuis, neque monasterium sive templum sanctum, quibus videlicet collata ergasteria adlinent et scalle, contra hos movebunt. Erunt autem silentes et in dispensatione et dono sublimitatis nostre veraciter perseverantes. Si enim que nostra vult celsitudo dignis accipere non largimur, ceu viriliter operatis accelerantibus, quibus unquam largiemur? Ea propter donabuntur peratalisin.*

(10) Imo Ἀχινδύνῳ.
(11) De his nominibus conferantur doctissimæ Tafelii notæ l. I. p. 118 seq.
(11*) Lib. albus: *parathalaxica*; Lib. Pactorum :
(12) Lege *quas*.
(13) Adde *dulis* vel *servis*.

collatorum immobilium sine ablatione et infestatione a modo per omnes et assiduos annos secundum comprehensionem practici horum traditionis, quod eis componi debet a proto antipato Georgio et notario nostre serenitatis Machitario, quod et firmum erit et stabile atque inviolabile in omnibus, que in eo continebuntur. Idemque debet in illis substerni secretis, in quibus et presens nostri potestatus substernetur chrysobulum, ad noticiam collatorum rectis (14) *celsitudinis nostre Veneticis, et redargutionem illorum, qui istos horum gratia infestare niterentur. Erunt igitur semel hic diffinita omnia firma et inviolabilia et a nemine contempnenda. Si vero quispiam forte aliquid in hoc chrysobulo ordinatorum contempserit, inremisibiliter cogetur dare a secreto epi ton ikiakon auri libras decem; et ex eo solvetur ablati pretium in quadruplum, firmo et stabili existente presente chrysobulo celsitudinis nostre, facto mense Majo indictionis quinte decime in anno sex millesimo sexcentesimo, in quo et nostrum pium et a deo promotum subsignavit imperium.*

« Igitur imperium nostrum hujusmodi confir-
« mans chrysobulum, concedit et rursum habere
« effectum, secundum quod dictatum in principio
« fuit tunc cum eis collatum fuit, quatenus et sol-
« lempnium beneficium iterum accipiant, et hono-
« res dignitatum nobilissimus dux et sacerrimus
« patriarcha cum suis errogativis habeant, nec
« non et ipsi possessionem et fruitionem ergaste-
« riorum et collatorum et scalarum sine ablatione
« possideant. Similiter vult clementia nostra, eos
« habere licentiam sine prohibitione negociandi,
« sine commerchio et qualibet alia datione in om-
« nibus numeratis in manifesto chrysobulo civita-
« tibus et terris sub potestate nostre sublimitatis
« existentibus. Verum et sanctissime ecclesie sancti
« apostoli et evangeliste Marci, que est in Venetiis
« constituta, de Amalfitanorum ergasteriis per
« prefactum chrysobulum sine privatione eidem
« tradentur ecclesie. Quoniam vero ante non
« paucos annos ab hiis, qui quasdam merces
« Veneticis in Romanie regionibus vendunt, com-
« merchium exigi contigit, et obtinuit hujusmodi
« mos ut patet annis sufficientibus, rogaverunt
« autem et pro hoc clementiam nostram fidelissimi
« et amici nostre serenitatis Venetici, quatenus et
« hujusmodi corrigatur capitulum, eique hujus
« detur licentia et libertas, clementia nostra et
« hanc eorum peticionem adimplevit, et precipit
« per presens chrysobulum, ut nullus sub nostre
« majestatis potestate Romeorum cum Veneticis
« negociancium in omnibus Romanie terris, aut
« quando eis vendit aut quando ab aliquo corum
« emit, det commerkii gratia quicquam vel alicu-
« jus alius exactionis; sed excusentur et ipsi, seu
« hii, qui commerchia dantibus negociantur. Ve-
« rumtamen et Venetici debent ea, que per con-
« ventionem scripto peragendam a nuntiis eorum
« clementie nostre sunt jurejurando promissa, et
« firma et inviolabilia observare. Super hoc erunt
« ipsi juris sibi collati per presens chrysobulum
« sine ablatione donantes, per seculum omne firmo
« et inviolabili presente chrysobolo existente, facto
« mense Augusto indictionis quarte sex millesimi
« sexcentissimi trigesimi quarti anni, in quo et
« nostrum pium et a deo promotum subsignavit
« imperium. »

« Hæc igitur sunt, quo a perpetue memorie imperatore et avo imperii nostri et ter beato imperatore domino et patre celsitudinis nostre fidelissimis imperio nostro Venecticis per chrysobula illorum collata sunt; que etiam chysobula et nostrum pium imperium corroborat per presens crisobulum, et jubet effectum ea habere, secundum quod eum usque ad migrationem ad dominum inter imperatores perpetue memorie ter beati domini et patris nostre sublimitatis habebant. Venetici autem solita sibi sacramenta facientes observabunt fidem et servitutem, quam nostre celsitudini debent et Romanie, ipsis operibus puram et vere rectam. Quoniam vero, ut relatum fuit clementie nostre a nuntiis Veneticorum in magna urbe presentibus, impetravere Venetici preceptum quidem inter imperatores semper memorandi imperatoris, domini et patris imperii nostri, licenciam ipsis largiens sine prohibitione et per insulas negociandi, videlicet Ciprum et Cretam, per quod et sine commerkiis debeant custodiri ubique terrarum imperii nostri pro hiis omnis generis speciebus, quas ipsi ab eisdem insulis mercabunt, nequivit autem tenor ejusdem precepti adhuc effectum recipere, quam ob rem et nunc usque Venetici collato ipsis per hujusmodi preceptum beneficio carent; petieruntque ab imperio nostro precipi, quatenus beneficium, quod in predicto continetur precepto semper memorandi imperatoris domini et patris imperi nostri, et adhuc caret effectu, amodo potiatur effectu; clementia nostra ob fidem et servitutem, quam erga sublimitatem nostram exhibent et deinceps exhibere pollicentur, hujusmodi peticionem eorum exaudiens concedit et precipit, sine prohibicione per manifestas insulas, Cyprum videlicet et Cretam, eos negociari, nemine quidquam ab eis exigere presumente horum gratia, et sine commerkiis ubique terrarum imperii nostri custodiri secundum superius scriptas condictiones. Igitur ut et ipsi certitudinem habeant de in presenti chrysobulo diffinitis, presens chrysobulum est compositum, factum mense Octubri indictionis undecime anni sex millesimi sexcentesimi quinquagessimi sexti, in quo et nostrum pium et a deo promotum subsignavit imperium. »

Hoc igitur chrysobolum sic continens beati transitus et semper memorandi imperatoris et patrui

(14) Adde *dulis* vel *servis*.

imperii nostri magni Manuelis confirmans et nostra pietas per presens chrysobulum verbum imperii nostri, concedit et precipit, ipsum videlicet, et que in ipso chrysobulo verbo notificantur semper memorandorum Imperatorum, proavi scilicet imperii nostri Alexii Comnani, et magni patrui imperii nostri Johannis Comnani, firma et inviolabilia permanere in omnibus, que continent, et conservari personas et res universas fidelissimorum celsitudini nostre Veneticorum salvas et illesas ab omni homine sublimitatis nostre, nec non et ab ipso imperio nostro in omnibus clementie nostre terris, et in terra et in mari, habere et predictos A Veneticos et universa ipsis data et concessa a manifestis semper memorandis imperatoribus omnimode inviolabilia et absque ulla diminucione, secundum quod eis data fuerunt et concessa, presente chrysobulo verbo imperii nostri firmo et inviolabili permanere debente in omnibus, que continet; facto mense Februario presentis quinte indictionis sex millesimi sexcentesimi nonagesimi quinti anni, in quo et nostrum pium et a deo promotum subsignavit imperium.

Ysaakius in Christo Deo fidelis imperator et moderator Romeorum Angelus.

IV.

AUREA BULLA DE LOCIS A VENETIS CONSTANTINOPOLI POSSIDENDIS [15]. (A. 1187).

Quoniam Venetici ad imperium nostrum accedentes et ab eo ad servitum celsitudinis nostre recepti cum ceteris, que postulaverunt, ab imperio nostro petierunt nostram deposcentes serenitatem, confirmari et quod super practico collatorum eis in magna urbe a semper memorando imperatore et desideratissimo patruo imperii nostri, domino Manuele Comnano, habitaculorum videlicet et liberorum locorum, nec non et littoralis scale, factum est chrysobulum verbum ejusdem semper memorandi imperatoris, quatenus sic nullo modo suspicionem aliquam habeant, quicquam horum fore avulsum : Imperium nostrum hujusmodi deprecationem eorum nolens abicere, presenti chrisobulo suo confirmat predictum chrysobulum inter imperatores famosi imperatoris et patrui nostre serenitatis, quod ad verbum sic continet : B C

« Si eos, qui fide et devotione optimi sunt erga illos, qui per tempora optinent imperii gubernacula, oportunum est larga beneficia ab ipsis consequi, magis autem si contigerit eos anime statum generosum habere atque audacem, ut ad similem zelum reliqui irritentur, et ne hujusmodi virtute inhonora persistente et contrario ei vitio reprehensionem veritate (16), raritas valde necessariarum prerogativarum a deo salvato Romanorum exercitui fiat : nequaquam quod a deo est imperium nostrum ingenuos nautas et fidelissimos celsitudinis nostre Veneticos, in hanc imperatoriam urbem venientes, decet prorsus spernere a peticione decidentes (17), quam nunc imperio nostro porrexerunt, quum et ipsi consuetas genitoribus suis fidem et devotionem erga Romaniam et celsitudinem nostram rursum ostenderunt, et ab imperio nostro vocati in congressum contra eum, qui potestatem habet Sicilie, et omnimodam pugnam contra eum et stollum ejus, nec non et terram ejus, D parati et prompti apparuerunt. Ut enim predictus Sicilie dominus Rogerius didicit, incustoditas fore partes imperii nostri, que circha Greciam et Peloponisum sunt, et insulas terras imperii nostri, que circa easdem terras sunt, dum sublimitas nostra vacaret susceptioni et ducatui earum, que paulo ante per terram imperii nostri transierunt, innumerabilium expeditionum, Alemannorum videlicet et Franchorum, et paratum (18) cum ipsis esset contra impios Agarenos ad expeditionem faciendum per stolii missionem, ejusmodi regionem celsitudinis nostre, secundum quod ei possibile fuit, depopulatus est; cumque quod factum est ad predictorum Veneticorum aures pervenisset, hii hoc tanquam proprium dampnum reputaverunt, et confestim ad aparatum cooperandi, ut id quod factum est omnimode vindicetur, consurrexerunt et suum servitium prompte celsitudini nostre spoponderunt. Porro et in reliquas regiones imperii nostri transmiserunt, quatenus, qui invenirentur cum patriote corum, venirent et servirent et ipsi in ejusmodi Romanie et imperii nostri servitio usque ad complementum tocius mensis Septembris futuri (19) cum deo indictionis duodecime. Ad remunerationem igitur hujusmodi eorum servitii, quod ut dictum est facere promiserunt, quoniam majores (20) vice universe, que per tempora huc venit, Veneticorum multitudinis adaugeri sibi et mansiones et embolum et scalas, in quibus naves eorum in portu stant, certificantes, se non modicum angustari, et quod non possint hiis solis, que ipsis data sunt a beate memorie imperatore et avo imperii nostri in hac civitatum imperatrice, contenti esse : largitur eis imperium nostrum per presens chrysobulum suum que petierunt, habitacula et libera loca et littoralem scallam, que expresse numeranda et scribenda sunt in eo, quod jussum est fieri, practico

(15) Ex libro albo et libris pactorum post Marinum l. l. tom. III, p. 293 nuperrime ediderunt Tafel et Thomas sæpius laudati, tom. I, p. 189-195.

(16) Editores conj. *inveniente* s. *excitante*. Sensus postulat, ut *evitante* legamus.

(17) I. e. ἐκπίπτοντας.

(18) Scil imperium nostrum.

(19) Lege *futarue*.

(20) Lib. pactorum, *per majores*. Unde editores conjecerunt, *petierunt majores*.

traditionis eorum corporalis ab aedesimotato Epiphanio Tuglica, certificari debente per superscriptionem familiaris hominis celsitudinis nostre Johannis Pepagomeni et sterni in congruis secretis, in quibus et presens nostre serenitatis chrysobulum sterni debet, quatenus et hec optineant, sicut et que prius a semper memorando imperatore et avo imperii nostri eis data sunt, servire debentibus, ut superius monstratum est. Determinatio igitur eorum, que per chysobulum presentis scripti eis collata sunt, habet sic :

« Incipit ab ipsa Vigla, et procedit versus orientem. Tenet embolum et que versus septemtrionem et meridiem sunt cum solariis habitacula, et procedit usque ad fornicem conjunctum muro hospitalis sancti Marciani, comprehendens et loca, in quibus stant octo numulariorum tabule. Ascendit paululum versus meridiem ab ipsa Vigla. Tenet ad modicum et aliud embolum, et pervenit usque ad primum fornicem ejusdem emboli, comprehendens triclinarium altum domicilium Mili. Versus orientem ejusdem emboli secundum duas partes humilem domunicullam cum aclini tecto ejusdem monasterii, et que in equalli hujus est, modicam curiam, que dicitur Aristini, et habet longitudinem brachiorum octo cum dimidio, et latitudinem septem cum tercia. Preter ea, que sunt versus orientem habitacula diacone (21) Precursoris, debentibus obturari januis hujusmodi habitaculorum, que educunt in manifestam curiam. Versus aquilonem tria ergasteria cerulariorum. Ycanati duas stationes, in quibus panes venduntur, et loca tabularum duarum nummulariorum ejusdem monasterii Mili. Incipit rursum ab ipso fornice predicti hospitalis ; tenet publicam viam, que versus occasum est ejusdem hospitalis, et progreditur usque ad portam, que est juxta parvum templum Precursoris. Exinde rursus dimittens premonstratam portam quasi versus orientem transit per murum civitatis, et pervenit usque ad semitam, que dividit jura monasterii Akymitero (22). Exinde ascendit modicum versus meridiem, tenens eamdem publicam semitam, habentem in latitudine brachia tria, et, ut dictum est, dividentem mansiones monasterii Akymitero, et perveniens usque in finem domicilii ecclesie Perivlevti (23), ita ut a muro civitatis per equalitatem ejusmodi semite usque ad finem domicillii sint brachia viginti sex. Flectitur versus orientem, tenens murum ecclesie sancti Nicholai, relinquens a dextris quidem monasterium sancti Nicholai, a sinistris vero domicilium monasterii Berivlevti, et progrediens usque ad alteram semitam versus orientem muri sancti Nicholai. Rursus flectitur et ascendit parumper versus meridiem eamdem semitam, et ascendit versus orientem, dividens domicilia sancti Nicholai, a sinistris pistoricum ergasterium sancti Marciani, quod est junctum mansionibus sancti Nicholai. Supergreditur rursus aliam tertiam semitam, et pervenit usque ad aque cursum, que a Vigla descendit, relinquens a dextris alia habitacula sancti Nicholai, a sinistris domicilium sancti Marciani et pensionales domos monasterii Parakymomeni. Iterum progreditur versus meridiem, comprehendens vacuum locum ejusdem monasterii Parakimomeni, qui versus orientem jacet domorum sancti Nicholai, et procedit et regreditur usque ad Viglam, unde et incepit, dimittens quidem a dextris domos monasterii sancti Marci, a sinistris vero aque cursum. Ejusmodi determinationis spatio comprehenduntur ea, que sunt versus orientem aque cursus, descendentis a Vigla versus portam Canavuci, habitacula et vacuus magnus locus, qui usque ad publicam viam versus occidentem progreditur sancti Marciani a muro civitatis et usque ad embolum, per presens chrysobulum verbum datum. Et ea, que sunt versus occidentem aque cursus a muro civitatis, qui in equali semite est, dividentis jura monasterii Akimiton, et usque ad domos sancti Nicholai et sancti Marci, cum parvo vacuo loco monasterii Parakymomeni. Et simpliciter omnia, que inhabitantur et que non inhabitantur, habitacula et vacua loca, in predicto spatio conprehensa. Adhuc cum his comprehenditur et que est in littore scalla sancti Marciani, que hodie a Chrysiobasilio possidetur, cum universa ejus comprehensione et continentia, et que in ea sunt domibus et ergasteriis.

« His sic ab imperio nostro donatis per presens chrysobulum verbum celsitudinis nostre, exceptis proximantibus his donatis, portis videlicet, muris et cortinis murorum civitatis, habebunt Venetici hec, devotionem et fidem, quam imperio nostro debent, servantes, secundum quod et per ea que prius adepti sunt chrysobula hanc servare conentur (24), cujuscunque juris sint, sive ecclesiastici juris sive rei publice sive private sive sancte domus vel monastice, nulla accione locum exercendi habente contra eos gracia horum. Si vero quispiam forte infestationem eis induxerit gracia convincendi aut auferendi quicquam eorum, que eis, ut dictum est, data sunt inremissibiliter multabitur a secreto epi ton ykiacon (25) in decem libris auri, firmo et rato existente presente chrysobulo verbo clementie nostre, facto mense Marcio indictionis undecime sex millesimi sexcentessimi quinquagessimi sexti (26) anni, in quo et nostrum pium et a deo promotum subsignavit imperium. »

Hanc igitur Veneticorum deprecationem imperium nostrum nequaquam abiciens, confirmat sic continens chrysobulum verbum inter imperatores

(21) Lege : *diaconi.*
(22) Lib. Pactorum *Acymitorum*, i. e. τῶν Ἀχοιμήτων.
(23) Τῆς Περιβλέπτου.
(24) Editores conjiciunt : *tenentur.*
(25) Ἐπὶ τῶν οἰκειακῶν.
(26) Numerum *sexti* editores suppleverunt. Recte.

semper memorandi patrui celsitudinis nostre, domini Manuelis, per presens chrysobulum verbum, et jubet intactum hoc manere et inviolabiliter in omnibus, quo precipit, dans et concedens Veneticis, habere et rursus que in ipso notificantur domos sine mutilatione secundum ipsius comprehensionem, ut ab imperio nostro ipsis datas. Super hoc enim et presens chrysobulum verbum clementie nostre factum est, firmum et ratum permanere de- A bens, quousque et Venetici conservabunt sine fraude et malo ingenio ea, que per conventionem et sacramentum imperio nostro debent.

Factum mense Februario quinte indictionis sex millesimi sexcentesimi nonagessimi quinti anni, in quo et nostrum a deo promotum subsignavit imperium.

Isakius in Christo deo fidelis imperator et moderator Romanorum Angelus.

V.

PACTIO CUM VENETIS [27]. (A. 1187.)

Oportuit equidem et Venetie revocationem et in Romaniam et in pristinam unionem, quam cum ea habebat, reversionem et restitutionem, sepe quidem excogitatam, diversis vero occasionibus impeditam et in diebus inspectam nostre pie tranquillitatis, quam deus, interpositum inimicitie deponens parietem, tam prope quam longe existentibus tanquam pacis angelum misit, nunc pro fine (28) accipere, profecto ad utilitatem quidem Christianorum, minime autem ad incommodum Romanie ut imperium nostrum confidit. Nam et aliis temporibus celsitudinis nostre antecessoribus Venetici servientes utiles Romanie apparuerunt, devocionem ei maximum in necessariis temporibus exibentes, et ei nunc melius servicium pollicentes, sic ipsum sacramento et convencione imperio nostro corroborantes:

« Non est conjuncta Venetia, nec unquam conjungetur alicui coronatorum vel non coronatorum, sive gentium vel nationum alicui contra imperium C domini imperatoris Romanorum et semper augusti domini Ysaaki Angeli, donec vixerit, vel heredum ejus masculorum vel feminarum, qui vel que imperabunt, vel illorum, qui ex precepto eorum imperabunt, ad nocendum Romanie particulariter vel universaliter ; nec per se unquam ei nocebit.

Item, quocienscumque principum aliquis coronatorum vel non coronatorum, vel gentium aut nationum aliqua contra Romaniam venit offendendum eam cum galeis quadraginta vel pluribus, usque ad centum (29), et indiget imperium ejus vel heredes ejus mares vel femine, qui vel que imperabunt, vel illi, qui ex precepto ejus imperabunt, servitio Veneticorum cum galeis quadraginta et usque ad centum, debent illud habere D infra menses sex post datam noticiam Duci ab imperio eorum Venetie. Hujusmodi vero galee debent Venetie fieri et parari a Veneticis cum universo apparatu earum per peccuniam illuc missam ab imperio eorum, vel inventam ibi a parte celsitudinis eorum, Veneticis dare debentibus homines aptos, ut unusquisque eorum presit preparationi quinque gallearum ; qui et jurare debent, quod facient eas bene fieri ut unam quamque earum centum quadraginta fore romatorum (30) et cum B omni apparatu earum, cum celeritate et sine fraude, secundum quod facerent eas fieri, si galee essent Venetie, aut si cum peccunia fieri deberent Venetie. Et unusquisque eorum debet accipere de vestiario domini imperatoris liberalitatis gracia yperpera sexaginta.

Item comites hujusmodi galearum debent jurare super sancta dei evangelia, quod in una quaque earum erunt centum quadraginta homines, si tot hominum roga eis data fuerit, exceptis moventibus (31) et sine noticia eorum aufugientibus. Verum tamen comites festinabunt, bona fide recuperare datam eis rogam ; et si eam recuperare possunt, inducent alios pro eis in galeas eorum vel reddent eam homini domini imperatoris.

Item jurabunt comites, quod universum apparatum ipsis traditum conducent ad honorem imperii eorum et salutem nostri stoli. Homines autem galearum talem debent rogam accipere, quale Venetici apud Coryphum accipiebant.

Item et, si imperium eorum voluerit in numero hujusmodi centum galearum servitium Veneticorum in tota Romania inventorum, debet illud habere cum tot scilicet galeis, quot armari poterunt de inventis Venetis, ex quatuor tribus in galeas inductis secundum numerum inventorum Veneticorum cum et manifesta roga. Verumtamen non cogentur galleas ingredi viginti annorum homines et infra, neque sexaginta annorum et ultra.

Stolus autem noster capitaneum vel capitaneos Veneticos debet habere, qui et jurare debent, quod conducent eum ad honorem imperii eorum et salutem nostri stoli bona fide et sine fraude usque ad stolum celsitudinis eorum. Et si stolus noster, antequam imperii eorum stolo uniatur, aliquem stolum inimici imperii eorum invenerit, et eum offendere vel expugnare voluerit, faciet sic sine fraude et malo ingenio aliquo. Postquam vero

(27) Post. Marin l. l. III, p. 282 ex libro albo et libris pactorum ediderunt Tafel et Thomas l. l. I, p. 195-203.

(28) I. e. εἰς τέλος διὰ τέλους. Marin : *per finem.*

(29) Verba *usque ad centum* hoc loco expungenda esse videntur. Habentur tamen etiam infra Nov. XI.

(30) Libri pactorum, *remotorum* ; Marin : *remigatorum.*

(31) Marin, *morientibus.* Sic inf. Nov. XI.

stolus noster stolo imperialis celsitudinis unitus fuerit, debent numerari homines, qui in galeis erunt, a capitaneo stoli imperii eorum, si ipse voluerit : et inventi quidem erunt in servitio celsitudinis eorum ; absentes vero bona fide festinabunt reperire, si possunt, numerumque supplere. Insuper capitaneus vel capitanei nostri stoli et comites et nauclerii et prodenses et decemviri de unaquaque galearum jurabunt, quod præcepto capitanei stoli imperatorie majestatis obedient ad honorem imperii eorum et salutem nostri stoli, sine fraude et malo ingenio ; et quod una cum stolo imperii eorum persequentur stolum inimici majestatis eorum, sive Cristiani sint sive pagani, et ledent et expugnabunt eum et expellent, inferentque ei malum quod poterunt, bona fide, sine fraude et malo ingenio,et impugnabunt eum, quousque et stolus imperatorie sublimitatis eum impugnabit bona fide et sine fraude. Et si aliquam terrarum inimici imperii eorum ceperint, debemus in ea habere ecclesiam, embolum et scalam, et conversari sine omni datione. Verumtamen stolus celsitudinis eorum debet tantus esse, quantus et noster est, vel amplior. Postquam vero hujusmodi servitium imperii eorum peregerint, debent de galeis egressis Venetia tot ad suam habere reversionem, quot eis necessarie erunt convenienter et sine fraude, bona fide.

Item, postquam hujusmodi galee Venetiam pervenerint, si imperium eorum voluerit eas iterum a Veneticis in Romaniam reduci, reducentur ; et unusquisque eorum, qui eas reducent, debet habere pro mercede id, quod fuerit conveniens secundum tempus. Si autem imperatoria celsitudo per alias personas vel per aliam aliquam dispensationem voluerit hujusmodi galearum reversionem fieri in terram imperii eorum, fiet et hujusmodi earum reversio licite. Et si voluerit eas Venetie custodiri,custodientur ad honorem imperii eorum, ac si essent proprie Venetie, sed tamen cum imperiali expensa.

Item, si ob aliquod gravamen nequiverint hujusmodi galee secundum præfixum terminum venire Venetia, debent in servitium stoli imperii eorum ingredi omnes inventi in Romania Venetici, de quatuor tres,secundum quod superius statutum est, cum et manifesta roga.

Item, si imperio eorum expedit auxilium ad deffensionem terre celsitudinis eorum ob aliquem inimicorum in Romaniam ingressurum cum galeis quadraginta vel pluribus, et nequiverit Venetiam mittere pro adjutorio, debet imperatoria celsitudo inducere ad deffensionem terre imperii eorum contra hujusmodi inimicum Veneticos, in magna urbe videlicet et circha eam existentes versus ortum et versus occasum, et ab ea usque Avidum et in eadem civitate similiter inventos, nec non et in terris, que infra sunt usque Phyladelphyam et in ipsa civitate, et usque Adrianopolim et in ea similiter existentes de quatuor tres, cum tot scilicet galeis, quot armare poterunt, inventi secundum supradictum ordinem, cum et manifesta roga.

Tali itaque modo talique ordine juvabunt (32) et defendent Romaniam Venetici contra omnem hominem coronatum et non coronatum, et contra omnem gentem, volentem ledere eam, secundum quod superius ostensum est, salva tamen concordia,quam cum nobillissimo rege Alemannie habent, quousque dissoluta non fuerit : postquam vero dissoluta fuerit, debet eadem et contra regem Alemannie facere pro imperio eorum et Romania ; et salva conventione interventione intea Veneticos et nobillissimum regem Sicilie Vilielmum facta, que protenditur usque in annos septem et menses novem, computandos a principio Januarii mensis presentis sexte indictionis. Verumtamen et contra regem Sicilie, quandocumque ipse argumentabitur offendere Romaniam infra annos conventionis inter eos facte, venient Venetici infra quatuor menses post datam de hoc noticiam duci ab imperio eorum Venetie ad adjuvandum Romaniam et defendendum eam cum galeis quindecim bona fide.Verumtamen de galeis et roga debet fieri, secundum quod superius dictum est.

Item, si imperium eorum voluerit homines aut vestiaria Venetiam mittere gratia conducendi milites a Lombardia vel ab alia terra, et dispensandi ea, que ad honorem et utilitatem terre spectant celsitudinis eorum, licite faciet hoc, si hoc non est contra Venetiam. Homines autem Venetie debent homines et vestiaria sublimitatis eorum recipere, et defendere et homines et pecuniam ab omnibus inimicis. Verumtamen imperium eorum non debet Venetia educere stolum vel exercitum contra aliquem, cum quo Venetici habeant unionem et amorem.

Item, si imperatoria celsitudo voluerit milites in Romaniam transducere per Venetiam, licite faciet et hoc, nisi ipsi manifesti inimici Venetie fuerint, aut Venetia impedita fuerit. Nam transacto impedimento licebit transire, sive soli fuerint, sive cum familiis. Talia igitur servitia debent Venetici imperio eorum et Romanie facere, nisi ab aliqua coronatarum personarum vel magnarum terrarum manifestam inimicitiam habeant, adeo quod ipsi servitium facere nequeant,sine fraude et malo ingenio.

Item duces Venetie, qui per tempora erunt, jurabunt, quod imperio ejus et hæredibus ejus masculis et mulieribus, qui et que imperabunt, vel hiis, qui ex præcepto eorum imperabunt, fidelitatem. . . debebunt (34) Venetie, secundum

(32) Idem : *jurabunt*.

(33) Malim *interventa*, Græca dictione. Marin *intervenïente*.

(34) Hunc locum haud dubie lacunosum sic explet Nov. XI infra : « fidem servabunt etiam eam contra omnem hominem coronatum et non coronatum, salvo eo quod per juramentum debent Venetie. »

quod nunc dux Venetie, Aureus magistro Petrus, juravit.

Debitores fisci et Romeorum reddent omnia que ex debito debent. Et si debitor non habet, unde debitum reddat, debet creditor habere justitiam de debitore ; si autem his obierit, de hæredibus ejus.

Item, si inimicus imperatorie celsitudinis supervenerit ad impugnandum terram imperii eorum, in qua Venetici sunt, debent ipsi defendere eam, et inimicum expellere ab hujusmodi terra, velluti possunt, bona fide et sine fraude.

Hanc itaque conventionem firmam et sacramentum firmum Venetici observabunt, et neque ob illatam eis iram semper memorandi imperatoris porphyrogeniti domini Manuelis,neque ob aliquam aliam occasionem eis factam hujusmodi sacramentum infringent, neque ob præceptum, vel timorem alicujus coronatorum vel non coronatorum, neque ob ecclesiasticam excommunicationem vel absolutionem alicujus pontificum,aut ipsius pape Romani. Igitur hec omnia Venetici observabunt bona fide et sine fraude, quousque et ab imperio ejus et futuris imperatoribus integre conserventur ea, que promittuntur nobis a domino imperatore Romanorum et semper augusto domino Ysaakyo Angelo per chrysobulum imperii ejus.

Hec quidem sunt, que Venetici imperio nostro et Romanie per couventionem spoponderunt. Quoniam vero et per juramentum hec eadem manifestus videlicet dux Venetie et manifestati Venetici confirmaverunt, imperii nostri clementia hujusmodi eorum conventionem juramento corroboratam benigne recipiens,in pristinam unionem, quam cum Romania habebant, eos restituit. Et renovans chrysobula eis facta ab inter imperatores semper memorando imperatore et patruo imperii nostri, domini Manuelis Comnani (35), promittit per suum chrysobulum verbum, eos conversari in universis terris nostræ pie tranquillitatis per terram et per mare absque omni datione secundum comprehensiones hujusmodi chrysobulorum, et fore salvos et intrepidos in personis et pecuniis eorum tam ab hominibus imperii nostri quam ab ipso imperio nostro, et habere omnes districtus, quas habebant tempore illate eis ire semper memorandi imperatoris et patrui imperii nostri domini Manuelis Comnani, ipsisque Veneticis reddi et omnes res eorum, que in palatiis et monasteriis fuerunt, et que in vestiarium intraverunt et alia loca scripto et non scripto. Set et pro rebus, que manifeste non reperientur, dabit serenitas imperii nostri homines sufficientes, eisque præcipiet, quatenus res Veneticorum studiose querant et reperiant, ac si de vestiario imperii nostri ablate essent. Qui et jurare debent, quod secundum præceptum imperii nostri studebunt invenire et accipere hujusmodi res ad honorem clementie nostre et utilitatem Venticorum. Et si aliquid de hiis venditum est, et dixerit Veneticus fraudulenter illud fore venditum, jurabit ille qui vendidit, quod bona fide rem Venetici vendiderit et pro tanto, quanto eam vendere quivit, et quod nec plus inde acceperit nec accepturus est, nisi quantum dixit, si propinquus imperii nostri non fuerit. Veruntamen et de propinquis celsitudinis nostre et de aliis debet fieri cauta justitia, secundum quod deberet fieri pro rebus ablatis de vestiario nostro imperii nostri.

Item et, si pro servitio, quod imperio nostro facient vel imperaturis secundum quod dictum est, supervenerit eis inimicitia a coronata persona vel a magna gente, debet imperium nostrum vel imperaturi per tempora eos juvare, secundum quod juvare deberet unam de magnis Romanie civitatibus, excepto, si pro quindecim galeis, quas imperio nostro dare debent infra tempus pacis,quam cum nobillissimo rege Sicilie Vilielmo habent, eis supervenerit. Nam si pro jam dictis galeis inimicitia eis evenerit, debet imperii nostri serenitas eos juvare secundum suam voluntatem.Et si imperium nostrum vel imperaturi, secundum quod dictum est, fecerit pacem vel treuam cum aliquo inimicorum, contra quem Venetici imperio nostro servient, debet imperium nostrum eos introducere in hujusmodi pacem vel treuam. Et si stolus celsitudinis nostræ una cum Veneticorum stolo aliquam terrarum inimici imperii nostri ceperit, debent in ea habere Venetici ecclesiam, embolum et scalam et fore absque omni datione. Debitores vero Veneticorum Romei debent persolvere omne, quod ex debito debent creditoribus Veneticis. Si autem debitor non habuerit, unde debitum persolvat, habebit justiciam Veneticus de Romeo ; si vero ipse decessit, de hæredibus ejus.

Conservabuntur igitur hec firma ab ab imperio nostro et ab heredibus, ut dictum est, et successoribus imperii nostri, quousque et a Veneticis firmiter et sine fraude et malo ingenio conservantur superius notificata. Super hoc enim et presens chrysobulum verbum imperii nostri eis collatum est, firmum et inviolabile permanere debens.

Factum mense Februario presentis quinte indictionis sexmillesimi sexcentesimi nonagesimi quinti anni, in quo et nostrum pium et a deo promotum subsignavit imperium.

Ysachius in Christo Deo fidelis imperator et moderator Romanorum Angelus.

(35) Lege : *domino Manuele Comnano.*

VI.

PACTUM CUM VENETIS DE DAMNIS RESARCIENDIS [56]. (A. 1189.)

rmata equis est jam conventionibus scriptis, A acramenta corroboratis a nobillissimo et im- nostri fidellissimo duce Venetie, Aurio ma- ı Petro, qui dignitate protosevasti a nostra mitate decoratus est, et ab universa Venetie tudine imperio nostro et Romanie, fides et ium Veneticornm nichilque deest eorum invio- ssime securitati. Quoniam vero oportunum Venetie satisfieri in his, que a nostra sere- ei promissa sunt, videlicet in redditione ı, que Veneticis ablate fuerunt tunc, cum ıper memorando imperatore et desideran- ıo celsitudinis nostro patruo, domino Manue- nnano, capti fuerunt,et exhibitione cen- orum quatuordecim yperpeporum, que ultra psis promissa sunt ob causam, que in cri- B ɔ pro hiisdem edito notificantur, ob quos (57) um yperperorum eis preimpensum est. ıe et nuntii ad nostram clementiam missi primo quidem Petrus Michael, Octavianus ıus et Johannes Michael, conventionem , quam imperio nostro et Romanie fecerunt, ıento corroboratam equidem offerentes, et ɔsis promissa sunt per chrysobulum, ut di- est, exigentes : deinde vero sonori (us) ssimi et imperio nostro fidelissimi ducis ie Petrus Cornarius et Dominicus Memmus, rator ecclesie sancti Marci, injunctum profecto ıtem (38) agendi simul cum precedentibus ; rerunt quidem clementiam nostram ipsorum ionni annuentem, et ad perfectionem eorum, b ipsis postulantur, paratam. Verum univer- C annulatio et perditio rerum, que ablate ipsis voluntati bone serenitatis nostre,quam erga clementia nostra habebat,impedimento equi- ıtabat. Idcirco nostra serenitas illos imitata es, qui a via, ducente ad id quod volunt ıorium, modicum declinantes, quando qui- ic casu, que recte vie sunt, prospere eis non per aliam viam ad idem pervenire cogun- t ad eundem finem deveniunt,quamquam per viam;et ad verba veniens cum jam dictis lega- ɔ rerum eorum inventione, quia in possibili acentem nequaquam comperiebat, alium mo- eis precipit reperire, per quem talio eis fiat ı eorum, que ceu superius notificatum est ɔmissione reddi quidem debebant,non autem D ebantur, et ob hoc suam redditionem inter ısibilia ponebant. Ipsi autem multum haben- udium, sue terre proficuum invenerunt. Et ıdanter nostre supplicant serenitati super ue ad restaurationem sibi fieri volunt, et Venetie dari possunt per embolum et per pensionalia et scalas maritimas, embolo pridem ab hiis habito adjacentes,annuum introitum librarum yperperorum quinquaginta.

Et nostra pia tranquillitas hujusmodi eorum peticionem nullo modo renuit. Quemquam enim grave celsitddini nostre videtur, latitudinem infra magnam urbem gentibus exhibere ; verumtamen, quia non ut alienigenas, immo ut aborigines Romanos genus Veneticorum nostra serenitas reputat, tantumque pro Romania dolent, quantum et ipsi Romani, tantamque erga eam habent devotionem, quantam et erga terram, que eos emisit, non eis tantum, quantum Romanie donandum esse videtur, quantumcumque eis largiatur ? Quapropter et nostra clementia jubet per presens chrysobulum verbum, habere Veneticos universa alia, que a nuntiis eorum postulata sunt, ipsosque embulos Allemanorum et Francigenarum et maritimas eorum scalas, que in presentia grammaticorum nostre serenitatis, Constantini Pediadite et clarissimi protonobilissimi Nichite Valianite, *ab* accesimotato Constantino Petriota per practicum eis tradita sunt ; quod debet corroborari quidem per superscriptionem pansevasti et nostre sublimitati familiaris archicancellarii, domini Johannis duce; cognitum autem fieri et congruis secretis cum presente chrysobulo imperii nostri. Quorum equidem omnium annuus introitus quinquaginta libris constat yperpepororum,secundum quod ex tradicionis istorum practico composito patet. Quamvis enim et per chrysobula verba manifesti emboli cum maritimis scalis Allemannis et Francigenis collati sint ; veruntamen, quia non toti genti Allemanorum et Francigenarum,sed paucis quibusdam extoribus et maxime incognitis, nec determinatam quantitatem aliquam servitio Romanie imponentibus,sed tanquam quantam caru pervenit(39),hujusmodi beneficium Romanie factum fuit, quoniam multum quidem est lucrum sic embolos et scalas habentibus, modicum autem est proficuum ex eis Romanie proveniens : convenientes servitium ex universitate gentis Romanie proveniens servitio paucorum et ex dispersione congregatorum nostra excellentia pretulit. Et vacationem quidem crisobulum eorum irrogat ; embulos vero eorum et scalas Veneticis confert, concedens possidere ipsos tam omnia alia, quam et hujuscemodi embolos, secundum quod et eum quem nunc habent embolum, quousque erga imperium nostrum et Romaniam suam conventionem inviolatam custodiunt nunc existens nobilissimus dux Venetie et post eum futuri duces Venetie et universa ejus plenitudo, nec non et omnia, que per conventionem

ı Post Marin III. p.304, ex libro albo et libris rum ediderunt Tafel et Thomas I, p. 206.

(37) Editores conj. *ob quod*.
(37) Iidem conj. *habentes*. Recte.
(36) Lib. pact. et Marin *provenit*, non male.

eb hiis promissa sunt et jurejurando corroborata, A conservant ; et omnem introitum eorum accipere, nequaquam a fisco vel ab aliqua personarum, quibus hec attinent et quibus hec ablata ipsis dantur, infestationem aliquam manifestis Veneticis subire debentibus,quamquam monasteria sint sive sancte domus aut imperio nostro propinque vel alie ; quoniam clementia nostra introitus de his provenientes talionem (40) eis factura est, possessionemque inseditiosam Veneticis facit.

Porro serenitas nostra benignitatem, quam eis exhibuit, nequaquam hucusque statuit, immo et alium centenarium unum yperperorum eis largitur ultra ante datum eis centenarium unum yperperorum;et residua quatuoroccimcentenaria yperperorum; de quibus duo quidem cum dimidio extemplo jam eis dari precepit (quippe et data sunt), B reliqua vero duodecim cum dimidio eis dari per annos sex, debente eis per unumquemque annum dari quantitate proporcionali. Et accipient equidem hec XII sic. Erunt autem et tradita ipsis omnia possidentes , ut dictum est, quousque ea, que per conventionem prespopondernnt et juramento confirmaverunt, nunc existens nobillissimus dux Venetie et post eum futuri duces Venetie et universa ejus plenitudo custodiunt, servant quoque firmiter et que a legatis eorum,sororio scilicet nobilissimi ducis Venetie, Petro Cornario, Petro Michaele, Octaviano Quirino, Johanne Michaele et Dominico Memmo, procuratore ecclesie sancti Marci, per conventionem nunc promissa sunt et jurejurando corroborata.

Concedit equidem nostra sublimitas Veneticis actionem movere contra homines imperii nostri, qui, ceu ipsi suggesserunt, res astulerunt ipsorum jussione semper memorandi imperatoris et desideratissimi patrui celsitudinis nostre, domini Manuelis, tunc, cum capii fuerunt, subtraxerunt autem et non obtulerunt, secundum quod in predimisso chrysobulo celsitudinis nostre de hoc constitutum est, omnia alia actione debiti, que Veneticis contra Romeorum quempiam, vel contra ipsum fiscum, vel Romeis et fisco contra Veneticos anté captionem ipsorum convenerit, irritari debente ab utrisque partibus ; presente chrysobulo verbo imperii nostri firmo et inviolabili permanere debente, facto mense Junio presentis septimi anni, in quo et nostrum pium et a deo promotum subsignavit imperium,

ISAAKIUS in Christo Deo fidelis imperator et moderator Romanorum Angelus.

VII.

DE METROPOLI ARGEOS [41]. (A. 1098.)

Non exstat.

VIII.

AUREA BULLA PISANIS CONCESSA [42]. (A. 1192,)

Interrupta jampridem fuit, ex quo tyrannus ille C Andronicus Romanorum invasit imperium et nunc usque, fides et devotio civitatis et terre Pisane, quam erga nostrum fovebant Romeorum imperium, Et nisi modestia et hilaritas celsitudinis nostre, et in effusionibus appianicorum sanguinum tarditas et impromptio . . . . · (43) a Deo erecte et ad Romanorum imperii firmamentum quidem exaltate impedimento rei fuissent, ii qui heri Romani devoti erant quasi et inimici effecti fuissent, et pro amicis et utilium allatoribus et per tempora fidelissimis quoque fautoribus in hostes et depopulatores versi equidem essent.Quod et ex parte perpetratum est, et damna a quibusdam Romeis,et item Pisanis ex parte Romeorum facta sunt, multumque tempus, que dudum, ante unita erant, sequestrata habuit et divisa. D

Quamobrem civitatis Pisanorum potestas, Tedicius, comitis Ugolini filius, ac consiliarii et commune ejus supplicatorias ad nostram clementiam manus intendere voluerunt,et prudentissimos concives suos,Rainerium Gaetani et Sigerium judicem nuncios ad nostram legaverunt serenitatem,dampnorum Pisanis eorumque communi ex parte Romanie pre illatorum restaurationem petentes, et benignitatem tranquillitatis imperii nostri pristinam quam erga civitatem et terram ipsorum nostra habebat clementia, suppliciter postulantes; et serenitas nostra benigne eos recipiens et que ab iis dicebantur auscultans,eis que versa vice dampna partibus Romanie quibusdam a parte Pisanorum illata in memoriam revocans, eaque ab ipsis Romanie resturari vicissim exigens, ad ultimum ex predictorum legatorum precibus abolicionem quidem eorum, que ex quo tyrannus supervenit usque in presens acta sunt eis concessit ; immemores autem et eos fore omnium negociorum, que hactenus et usque nunc ex aliquibus causis, juste vel injuste,

(40) Marin : *teloneum*.

(41) Laudatur ad disposit. thronor. in Coll. can. ed. Rhalli et Potti V. p. 481.

(42) Editi Flaminio dal Borgo *Diplomi Pisani*, Pica 1765, 4 p. 147, indeque repræsentavit Buchon *Nouvelles Recherches hist. sur la princ. franç. de Morée* vol. II, p, 12.

(43) Verba *celsitudinis nostre* huc transponenda esse videntur.

producenda habebant, exigit. Et quidem et hii clementie nostre concessioni repugnare nullo modo decreverunt; cum multa vero gratiarum actione eam suscipientes, sacramento certitudinem imperio nostro fecerunt tam de oblivione, quam civitas et terra Pisana in perpetuum habebunt eorum videlicet omnium dampnorum que usque nunc quibusdam Pisanis a Romeis illata sunt, quotcumque et qualiacumque sint, quam et de fide et servicio quam et quod imperio nostro,heredibus et successoribus ejus, ipsique Romanie observare in futuro debent. Amptius quippe serenitas imperii nostri eos acceptans et supplicationem eorum cum multum supplicatoria et procidenti figura fusam ad nostram clementiam exaudiens, non solum habitatores civitatis et terre Pisarum in ea jura, que ipsis in Romania precollata fuerant, restitui concessit, verum etiam secundum Domini sententiam super pauca fideles repericns super multa constituit, et ad notificationem eorum que imperio nostro, heredibus et successoribus ejus et Romanie in perpetuum ipsi polliciti sunt,et eorum que similiter ipsis a clementia nostra collata sunt, presens chrysobolum verbum eis donavit, continens de verbo ad verbum ea que nunc ab iis pacta sunt et in chartula litteris latinis scripta et subscriptione eorum confirmata comprehensa sunt et eorum corporali sacramento corroborata, et que plenitudini Pisarum facta sunt chrysobula verba semper memorandorum imperatorum, proavi scilicet imperii nostri, domini Alexii Comnani, et desiratissimi patrui celsitudinis nostre, domini Manuelis, in quibus quidem recitantur que tunc a Pisanis pacta fuere et que a parte Romanie eis collata.

Habet igitur conventio scripta quidem que a notificatis legatis Pisarum ad imperium nostrum, heredes et successores ejus, et ad ipsam Romaniam facta est, et quod super eam juramentum factum est, sic:

Nos, legati civitatis et terre Pisane, Rainerius Caetani et Sigerius judex, missi a Tedicio, comitis Ugolini filio, potestate civitatis et terre Pisane, ac consiliariis ipsoque communi ejus ad altissimum imperatorem Romeorum et semper augustum dominum Isaakium Angelum,et injunctum ab eis habentes peteudi ab imperatore et Romania premutuatam pecuniam a quibusdam Pisanis Andronico illi male memorie, cum adhuc felicissimo imperatore domino Manuele in vita existente notificatus dominus Andronicus Hierosolymis degeret; nec non et a quibusdam aliis, videlicet Teodisco de Picicasegale, Simone Cimicosi et Gerardo Antonii et reliquis, mutuatam desideratissimo fratri domini imperatoris Romeorum et semper augusti domini Isaakii Angeli, felicissimo sevastocratori domino Alexio Angelo, cum a comite Tripolis detentus esset; item et ea que ab hominibus imperii ejus sancti, scilicet a protohonoratissimo supremo magno logotheta illo et sevasto illo Chumno et aliis defunctis et superstitibus, dampna illata Pisanis, ex quo notificatus dominus Andronicus Romeorum invasit imperium et usque nunc,atque subtracta solemnia ecclesie Pisane civitatis et archiepiscopo annorum octo et usque nunc, et redditus emboli eorum, et reliquorum attenentium eis, et ab eis exacta commertia; et si hec eadem reperimus agendi grates imperio ejus sancto; et conventionem assiduam et perpetuam factam progenitoribus ejus, imperatoribus domino Alexio Comnano et filio ejus, Porphyrogenito domino Joanni et patruo imperii ejus sancti domino Manueli, et heredibus et successoribus ejus ipsique Romanie, atque servitium perpetuum et assiduum renovandi et jurejurando corroborandi; si vero hec eadem imperium ejus sanctum non adimplet, alio vero modo aliquo restaurationem facit communi Pirarum civitatis placentem nobis, sicque etiam manifestam conventionem sacramento confirmandi; quoniam ad imperium ejus sanctum pervenimus, et in conspectu majestatis ejus astantes piam ejus celsitudinem adoravimus, et nobis injunctis sufficienter tractatis omnibus quidem, que poscimus, potiri nequivimus, quia et sublimitas imperii ejus sancti vicissim exigebat a nobis damna a quibusdam Pisanis Romanie quibusdam terris diversisque Romeis per terram et mare illata; modestia vero et magnificentia imperiali dignatum est ejus sanctum imperium, pro omnibus que poscimus et superius relata sunt, excepto mutuo facto sebastocratori, mutuatoribus in memoriam dive potentie ejus consensuque nostri se jactantibus, largiri Pisane civitatis communi que ex muneribus semper memorandorum imperatorum, domini Alexii et domini Manuelis, a nobis pridem in magna urbe possidebantur: embolum videlicet, ecclesiam cum altera a contribulibus nostris infra terminos nostros erecta ecclesia, et littoralem scalam; plus vero his dare civitati nostre, et que in faciendo nobis pratico traditionis eorum que super pridem nobis tradita collata sunt, notificabuntur: quod scilicet practicum una cum faciendo imperiali adorando chrysobulo in secretis sternetur; renovare quoque ab instanti tempore largicionem solemnis nostre ecclesie, quingentorum videlicet yperperorum et duorum palliorum; addere autem et alia centum yperpera, et salaria archiepiscopo civitatis Pisarum sexaginta annuorum yperperorum et unius pallii, et super hec persone archiepiscopi hujus qui nunc est civitatis Pisarum addere alia yperpera quadraginta; donare autem Pisarum et in iis que de Romania ab ipsis emuntur et venduntur,tam in magna urbe quam in ceteris Romanie partibus, libertatem commercii talem, qualis data est eis in chrysobulo ipsis facto semper memorandi imperatoris, domini Alexii, in iis que de terris non subjacentibus servituti imperii Romeorum ab ipsis in magnam urbem afferentur, quamquam ex

hujusmodi chrysobulo appareat eos debere dare commertium in iis, secundum quod ipsi Romei; licentiam vero dare nobis agendi secundum leges in quosdam homines ipsius, qui servitia tractaverunt fisci et quibusdam Pisanis injustitiam intulerunt, eo quod petebamus quidem ab imperiali thesauro dampna illata quibusdam Pisanis a defunctis hominibus celsitudinis ejus, non autem exauditi fuimus quoniam rei nequaquam reperiuntur ideoque negotia non erant manifesta, et ob hanc rem desistimus ab iis sponte, sine illata nobis vi aliqua, ob restaurationem pro iis, ut superius dictum est factam universis habitatoribus civitatis et terre Pisane; recepimus hujusmodi placens nobis largiſluum munus serenissimi et semper augusti imperatoris domini Isaakii Angeli, quod imperium ejus sanctum nostre terre fecit, et oblivioni tradentes omnia que petiimus, ut dictum est, que et superius recitata sunt,quoniam quidem et imperium ejus sanctum abolicione [m] dampnorum usque nunc hominibus Romanie illatorum nobis facere dignatum est; ecce per presens scriptum nostrum, debens et corporali sacramento nostro ac subscriptionibus manus nostre, sigillisque ecclesiarum in magna urbe existentium Pisanorum, summi apostoli Petri et sancti Nicolai, corroborari, conventionem facimus ad imperium ejus sanctum, heredes et successores ejus, et ad ipsam Romaniam: quod observabit civitas et terra Pisana et ipsa potestas, et qui per tempora erunt senatores aut consiliarii sive consules aut potestates et capitanei et rectores, ipsumque commune Pisane civitatis, ea que supra nominatis semper memorandis imperatoribus domino Alexio Comneno et filio ejus Porphyrogenito domino Joanni ac patruo imperii ejus domino Manueli, pacta sunt. Et hec omnia jurabit ipsa potestas et meliores ac ipsum commune civitatis Pisane, et hujusmodi sacramentum annuatim renovabunt, secundum quod specialiter de hujusmodi capitulo pactum est a civitate et terra nostra ad semper memorandum imperatorem, dominum Manuelem.»

Sacramentum verum eorum super hec factum habet sic:

« Nos, legati civitatis et terre Pisane, Rainerius Gaetani et judex Sigerius, missi ad altissimum imperatorem Romeorum et semper augustum dominum Isaakium Angelum, a Tedicio, potestate Pisanorum, comitis Ugolini filio, ex communi consilio civitatis Pisane, post multum tractatum desistentes ab iis que ex impositione predicte potestatis et communis consilii civitatis pro communi et quibusdam privatis personis petebamus, que et in scripto in quo subscripsimus continentur, et restaurationem pro iis factam nobis placentem recipientes secundum quod nos injunctum habebamus a potestate et communi consilio civitatis de placito nostro: juramus super sancta Dei evangelia, super honorabilem et vivificatam crucem, quod predicta potestas communi consilio civitatis de his facto dedit nobis mandatum jurandi super animam suam, conventionem a Pisana civitate et terra Pisana semper memorando imperatori domino Manueli factam imperatori Romeorum et semper augusto domino Isaakio Angelo, secundum quod et illi fuit jurata, et quod ea que pro communi et quibusdam aliis personis petebamus, que et in scripto in quo subscripsimus continentur, ex impositione ejusdem potestatis et consilii ejusdem civitatis dimisimus pro restauratione communi facta. Item juramus, super animam dicte potestatis, quod et ipsam conventionem predictam adimplebit et observabit ipsum commune civitatis domino Isaakio Romeorum imperatori,heredibus et successoribus ejus, ipsique Romanie in perpetuum, sine fraude et malo ingenio. Et sicut hec juramus de bona fide, sine fraude et malo ingenio, sic Deus nos adjuvet et ipsam potestatem et ipsum commune civitatis Pisane et in præsenti seculo et futuro. »

Manifesta vero chrysobula verba habent, secundum quod notificabitur.

Imperatoris quidem videlicet domini Alexii, sic:

« Quoniam multoties nuncios ad imperium nostrum miserunt habitatores terre nostre atque Pisane civitatis cum litteris suis, et imperium nostrum iterum eis multoties litteras misit, minime autem advenit tempus quo fieret conventionis scriptum eorum pure fidei et subjectionis adimperium nostrum, neque clementie nostre ad eos scriptum chysobolnm conventionis adhuc factum est; novissime autem misit imperium nostrum familiarem suum hominem Curopalatam Basilium Mesimerium cum litteris suis volens eos suscipere ceu per omnia fideles celsitudinis nostre et desideratissimos filios nostros totiusque terre nostre; illo autem perveniente et litteras imperii nostri eis afferente, que vero mandata erant dicente, ipsi quæ scripta et que ipsis mandata sunt intelligentes eaque acceptantes, et omnino volentes fieri per omnia fideles imperii nostri atque terre nostre, per scriptum conventionem fecerunt, continentem puram eorum fidem quam imperio nostro ac Romanie debent, quam et per sacramentum omnes unanimiter confirmaverunt et ad nostram serenitatem per vos et nuncium ejus miserunt, que nempe expresse sic continet:

« In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen.
« Nos omnes habitatores civitatis et terre Pisane
« promittimus tibi, sanctissimo imperatori domino
« Alexio, et domino Johanni dilecto filio tuo et
« imperatori Porphyrogenito, quod nos totus
« Pisanus populus ab ista hora et in antea non
« erimus in consilio aut facto per quod perdatis
« vos imperium vestrum vel Romaniam, vel
« insulas maris vel terras, quas modo tenetis sub
« vestra potestate et quas ab hac hora in antea ac-
« quiretis a Chroatia, Dalmatia et Durachio usque
« in Alexandriam et ipsam; neque nos, civitatis et

'isane habitatores, pasiscemur cum aliqua a vel populo inimicante imperio vestro ad ndum a vobis vestrum imperium vel Roma- vel aliquas imperii vestri terras, vel insu- quas nunc sub potestate imperii vestri , aut quas acquirere debetis ab hac hora ea a Chroatia, Dalmatia et Durachio et in Alexandriam et ipsam; et si ex terre toribus nostre et hominibus nostris aliqui m imperio vestro fecerint et in Romania , et quesiti ab imperio vestro fuerint, de endabunt damnum juste et concorditer; in Romania non fuerint et Pisas reversi , et notum factum fuerit, si heredes Pisis int,secundum vires substantie emendatio- iciemus juste vel concordia, excepto tanto m remanebit ex consensu et verbo nunti- ntiorum imperii vestri. Si homines nostri ra imperii vestri fuerint, vel Constantino- l in alia terra aut insulis imperii vestri, us et confirmamus ut, si inimici vestri exerint gratia impugnandi in partibus illis ous nostri sunt, et necesse fuerit ut adju- omines vestros, terras vestras defendemus omnes inimicos vestros.Hec omnia supra- observabimus nos, totus Pisanus populus s et terre Pisane, tibi, sanctissimo impe- domino Alexio, et desideratissimo filio tuo dori domino Johanni Porphyrogenito, si- perius scriptum est, incorrupta et cum de, sine fraude et malo ingenio, vobis orantibus per chrysobulum ea, quæ in nostro contineatur, et observantibus ea

factum est anno incarnationis Domini mo centesimo undecimo, quarto decimo larum Mali, indictionis tertie et decime, sentia archipiscopi Amalphitani, Musci Amalphitani et consulum Pisanorum. »

taque per scriptum et sacramentum ab irmatis in presentia hominis imperii no- merii, quoniam et vos missi ob illis estis, Guido clericus et Bonfilius presbiter, vicecomes, Hebrandus frater. Rainerii, consul, Petrus judex, Guido filius Boni Oddimundus Curopalata filius Oddi, et litte- rio nostro attulistis quas illi omnes per imperium miserunt, et continebatur in orum hoc, ut ea que decrant vos adim- hoc per scriptum et sacramentum vestras- criptiones confirmastis, quod omnia que acta sunt ad imperium nostrum et deside- m filius ejus imperatorem et Romaniam mentum, universi habitatores civitatis et ane confirmarint, et observabunt firma et , sicut hoc intelligit imperium nostrum uum et honorem suum et desideratissimi t terre potentie nostre, magne, medie et Ob fidem igitur quam dispersuistis omnes

habitatores civitatis et terre Pisane observare im- perio nostro et Romanie, constituit et imperium nostrum per presens chrysobolum verbum dari a nostra serenitate, non solum in vita sua, sed et post obitum suum a desideratissimo filio nostro imperatore domino Johanne Porphyrogenito, Pi- sane ecclesie que sub nomine sancte Dei Genitricis est,per unumquemque annum nomismata yperpera 400 et pallia duo; domino dilecto archiepiscopo Pisarum nomismata similia 60 et pallium unum; Lamberto judici, Carletto et Antonio nomismata similia 100, et post obitum horum dabuntur ec- clesie. Commertium de auro et argento quod af- feretur a vobis, non dabitis ullo modo.De mercibus quas afferetis de terra vestra et de alienis terris non subjacentibus servituti imperii nostri, dabitis gratia commertii de vigintiquinque unum et nihil amplius. Scala dabitur vobis in qua debeant naves vestre applicare et onera earum deponi; et locus negotiandi aptus et conveniens cum habitaculis, ut reponatis merces vestras et habitetis. Similiter et in magna sanctissima Dei ecclesia, sancta So- phia, dabitur vobis locus standi a sanctissimo pa- triarca : et in ypodromio dabitur vobis locus ubi debeatis sedere in die ypodromii. Si depredata fuerit navis vestra in terra imperii nostri, et per- dite fuerint res vestre, ablate ab aliquibus qui sub potentia imperii nostri sunt, faciet vobis clementia imperii nostri justiciam et emendationem conve- nienti tempore, postquam probatum fuerit. Navis vestra si fracta fuerit infra potentiam imperii nostri, res vestras quas vos liberatis et extrabitis salvas habebitis sine dubio, et illas autem quas Romei extrahent adjuvantes habebitis, dantes eis mercedem secundum loci consuetudinem, nisi forte inter vos et eos aliquid aliud sponte pactum fuerit. Merces vestras quas afferetis de terra ves- tra,vel de alienis terris nan subjacentibus imperio nostro, postquam ad imperium nostrum vos vene- ritis, sive Constantinopolim sive in insulam im- perii nostri, habebitis licentiam extrahendi, et vendendi in loco in quo applicueritis, et tam ibi quam alibi infra continentiam potentie nostre qui- buscumque volueritis, nullo alio pacto vel modo contra voluntatem vestram precipiente in venditione et commutatione, exceptis inimicis imperii nostri; et dabitis et in his commertium sicut superius dictum est. Alias autem merces que de Romania sunt,venditis sicut Romei, et dabitis sicut Romei. Littere imperiii nostri mittentur ad terras ejus in quibus applicabitis, ut duces in eis existentes co- gnoscant fidem puram et servitutem vestram et que ab imperio nostro vobis constituta sunt et que imperio nostro a vobis, quatenus non transgre- diantur que ab imperio nostro pacta sunt duces et reliqui qui sub potestate imperii nostri sunt. Et si acciderit aliquid injustum fieri, vindicabitur ab iis,fietque emendatio justa.Ut et ab imperio nostro in omnibus terris potentie nostre et insulis in qui-

bus applicatis,iidem vobis loci serventur et eadem emendatio fiat. Si ab aliquo Veneticorum aut ab aliquo homine subjacente imperio nostro passus fuerit Pisanus quispiam atrox dedecus vel turpem injuriam aut de rebus suis damnum, faciet imperium nostrum emendationem,postquam probatum fuerit, si nostre serenitati relatum fuerit infra tempus legale et conveniens in omni continentia sua. Naves vestre et homines vestri volentes redire Pisas non prohibebuntur; neque imperium nostrum, neque desideratissimus filius ejus imperator Porphyrogenitus, neque aliquis precepto nostri per quempiam modum injustitie faciet quicquam in rebus vestris vel hominibus. Si vero ob aliquas causas interdum factum fuerit, per conveniens tempus emendabitur. Si aliquis vestrum reclamationem fecerit, non repelletur, si notum imperio nostro factum fuerit, sed recipietur reclamatio ejus et secundum legem vindicabitur, et vindicabitur post probationem veritatis, si, apparuerit injustitiam passus. Qui pro servitio Dei Hierosolymam tendunt cum vestris hominibus causa militandi contra paganos, in itinere vel in reversione impedimentum aliquod non sustinebunt, neque perturbabuntur ipsi vel naves,aut stipendia aut bellica instrumenta que deferunt, securitatem facientibus iis qui eos recipiunt in naves vestras hominibus per certificationem sacramenti, quatenus nec inimicum imperii nostri et Romanie adjuvent,nec ibi contra imperium nostrum efficiantur.

«Hec itaque manebunt quippe immutabilia semper, quousque vos et omnes habitatores terre vestre et civitatis observatis ea que superius notificata sunt firma et incorrupta imperio nostro et desideratissimo filio ejus et imperatori domino Johanni Porphyrogenito et Romanie, sicut hec intelligit imperium nostrum ad honorem et proficuum suum et Romanie, et sine fraude et malo ingenio aliquo. Propter hoc enim et presens chrysobulum, verbum, mutuum vestre scripte conventioni per vestrum sacramentum confirmate et vestris propriis subscriptionibus corroborate, missum est per vos omnibus habitatoribus civitatis et terre Pisarum.

« Factum mense Octobri, indictionis quinte, sex millesimi sexcentesimi vicesimi anni, in quo et nostrum pium et a Domino ordinatum subsignavit imperium.

« Alexius in Christo Deo fidelis imperator et moderator Romeorum Comnanus.»

Domini vero Manuelis sic :

« Fidelissimi imperio nostro Pisani adepti fuerunt jam in magna urbe, per chrysobulum semper memorandi avi imperii nostri, et rursum semper memorandi domini et patris celsitudinis nostre, embolum et scalam et ecclesiam, secundum quod in practico ipsis facta notificantur, que hujus sunt (44). Quoniam vere ante tempus ob quasdam causas voluit imperium nostrum hujusmodi loca eis mutare, eisque pro his dari alia ultra in partibus magnis urbis oppositis, ipsi autem accedentes clementie nostre supplicaverunt ut hoc non fieret, verum essent in possessione eorum que pridem habebant, serenitas imperii nostri sic fieri concessit. Et quoniam oportuit sacramentum ab iis fieri imperio nostro hujusmodi negotii gratia, priorem conventionem et sacramenta eorum corroborans, et quippe ad nostram serenitatem legati ab hujusmodi terra equidem pervenerunt, prudentissimus videlicet consul hujusmodi terre Albertus, et cum eo judex Burgundius et comes Marcus, et fecere imperio nostro sacramentum, consul quidem notificandum sacramentum sic secundum verba continens : « Ego consul Pisarum, legatus ad dominum « nostrum imperatorem Romanorum et semper « augustum dominum Manuelem Porphyrogenitum « Comnanum, juro ex precepto et voluntate archi- « episcopi nostri, consulum, senatorum et reliqua « terre Pisarum presens sacramentum : quoniam « ob quasdam rationes accidit nos ad modicum « removeri ab iis que in magna urbe habebamus, « videlicet ecclesia, embolo et scala, datis nobis « pro restauratione aliis in partibus que ultra « sunt, nunc autem ex precepto imperatoris re- « stituti sumus in ea que quidem habebamus:quod « observabimus nos et terra Pisarum universa no- « tificato imperatori Porphyrogenito domino Ma- « nueli Comnano, heredibus et successoribus ejus « et Romanie, fidem et debitum quod debebat « terra Pisana imperio ejus ex pridem factis con- « ventionibus et sacramentis semper memorando « imperatori, domino Alexio Comnano, ipsique « Porphyrogenito et imperatori domino Manueli « Comnano ; et si aliquid factum est a terra Pi- « sana alicui coronato vel non coronato ad irri- « tationem spectans hujusmodi conventionum et « sacramentorum, pro non facto reputabitur illud. « Presens vero sacramentum debent facere et re- « novare et consules et reliqui habitatores Pisa- « rum secundum consuetudinem. Et sicut hec « juro sine fraude et malo ingenio, sic Deus me « adjuvet, sancta Dei evangelia et honorabilis et « vivifica crux. » — « Judex vero Burgundius et co- « mes Marcus sic juraverunt et ipsi» — «Nos Judex « Burgundius et comes Marcus, missi legati ad « potentem imperatorem Romeorum Porphyroge- « nitum dominum Manuelem Comnanum a civitate « Pisana, juramus super sancta Dei evangelia et « honorabilem et vivificam crucem, quod conven- « tionem factam semper memorando imperatori « domino Alexio Comnano, et domino nostro im- « peratori et Porphyrogenito domino Manueli Com- « nano a civitate Pisana, quam consul Pisarum

(44) Videntur hic excidisse οἱ περιορισμοὶ instrumenti illius.

juravit, ad honorem imperatoris obser- A
ldeliter et nos, et faciemus confirmari
sa civitate Pisana sine fraude. Et sic
hec sine fraude et malo ingenio, et
servabimus. Sic Deus nos adjuvet,
ei evangelia et honorabilis et vivifica

t imperium nostrum corroborat per
rysobulum sigillum suum munus quod
notificato jure a semper memorando
domino et patre ejus, et jubet firma
ilia permanere facta eis chrysobula
tione hujusmodi immobilium, si et
terra Pisarum bene observat pacta et
sua que imperio nostro, heredibus et
us ejus fecit, ad honorem et proficuum B
stri et Romanie. Super hoc enim et
perii nostri sigillum eis collatum est,
n congruis secratis sterni propter noti-
mense Julio, indictionis tertie. »

em hujusmodi chrysobulis continentibus,
tificati legati superius scripta pepigerunt
ubscriptione eorum confirmato compre-
et sacramento ceu notificatum est corro-
, jubet imperium nostrum, ea que in su-
ptis chrysobulis comprehenduntur, tam
a civitate Pisana Romanie facta sunt,
iis que a Romania ipsis collata sunt, effi-
inviolabilitatem habere. et sic reputari
cta et collata ; et restitui precipit Pisanos
a que in magna urbe ipsis donata pridem
semper memorando imperatore et pro- C
ii nostri, domino Alexio, et desideratis-
io celsitudinis nostræ, domino Manueli :
videlicet, habitacula, ecclesiam cum
psis infra jura eorum erecta ecclesia,
m scalam, secundum quod eis donata
secundum facta ipsis practica super
horum eis facta. Largitur autem eis impe-
um et pensionalia monastaerii domini
ie in faciendo ipsis practico notificabun-
tia pro anno introitu [m] nomismata
46, et scalam predeputatam in situ loci
a serenitate nostra edificatio ab ipsa
templo venerabili sanctorum magno-
rum Quadraginta. Concedit autem dari
Pisane ecclesie constituta ei annua D
500 scilicet yperpera et 2 pallia ut et
nostro ei nunc constituta, ob fidem
as debet et terra Pisana imperio nostro
m ejus. Addit quoque eis et alia yperpe-
iliter, et honoratissimo archiepiscopo
reconstitutum ei annuum salarium, 60
perpera et unum pallium, ut et ei nunc
m ab imperio nostro. Addit vero persone
opi qui nunc est et alia yperpera per
nnos 40. Et jubet hujusmodi omnia a
atis et terre Pisane possideri hoc modo
et assiduos annos, secundum faciendum

practicum horum tradicionis ; quod fiet notificatis legatis eorum a grammaticis imperii nostri, Pediadita Constantino et clarissimo protonobilissimo Sergio Coliva, et a desunotato Constantino Petiota, quod et in congruis secretis sterni debet cum presenti chrysobulo imperii nostri ; et habere Pisanos universos introitum eorum presentem et futurum ex superedificationibus ipsorum, quas infra terminos ipsis traditos facient, quousque civitas, quam debet imperio nostro, heredibus et successoribus ejus ipsique Romanie, fidem atque servitium conservat, et terra Pisana ac ipsum ejus commune inviolabiter et sine diminutione, secundum conventionem scriptam a supranotatis eorum legatis factam et superius recitatam, que et a potestate ejusdem civitatis et terre Pisane et melioribus Pisanis et universa plenitudine Pisarum jurari debet in presentia super hoc ipsum mittendorum hominum imperii nostri, et annuatim renovari, secundum quod specialiter ea que hujus capituli sunt, semper memorando imperatori, patruo imperii nostri, domino Manueli, pacta sunt. Fruentur autem et libertate universa in duobus recitatis chrysobulis comprehensa commercii, et reliquorum omnium capitulorum que in eis continentur, exhibentes de centum 4 tam in magna urbe quam in ceteris terris nostre pie tranquillitatis: non solum de iis que de alienis partibus ab ipsis in Romaniam afferuntur universis mercibus, verum etiam de iis que de terris Romanie ab ipsis emuntur et in magna urbe vel aliis terris Romanie venduntur. Quamquam enim et ex chrysobulo ipsis facto proavi imperii nostri, semper memorandi imperatoris domini Alexii Comnani, ut vel ut Romei reputentur ipsi in mercibus quas de Romania emunt, determinatum est, idemque commercium dent de iis quod et Romei dant; sed tamen imperium nostrum multam eorum devotionem et fidem remunerans, liberaliter et super hoc capitulum erga eos agit, et 4 de centum tantum dare eos jubet et in mercibus ipsorum quas de Romania equidem emunt. Fruentur igitur Pisani libertate ipsis collata a nostra serenitate et omnibus ipsis donatis, ceu superius patefactum est, et amovebuntur ab his nunquam. Quamvis enim hujusmodi omnia jam tradita fuerint monasteriis et personis quibus hec ablata sunt, et Pisanis tradita, attamen quoniam iterum hujusmodi Pisani sub servitio Romanie ordinati sunt et pristinam suam fidem atque servitium imperio nostro, heredibus et successoribus ejus et Comanie, observare juraverunt, rursum eis ablata sunt et restituta Pisanis, quoniam ipsi satisfactionem a fisco habere debent ; si vero non habuerint, non debent in Pisanos agere, sed in ipsum fiscum, infra legitimum tempus. Et restaurationem adepti fuerint, habebunt satisfactionem qer id quod dabitur ; si autem non adepti fuerint, habebunt pro rato : quoniam imperium nostrum

licentiam ex legibus habet in noticia largiendi et aliena, et largitur hec Pisarum plenitudini. Quoniam vero notificati legati clementie nostre supplicantes petierunt cum aliis notificari in presenti chrysobulo imperii nostri, tam ea que pridem possidebantur a parte civitatis et terre Pisane in magna urbe jura, quam ea que nunc a celsitudine nostra ipsis collata sunt, imperium nostrum sic fieri concessit. Et habent que pridem quidem a Pisanis possidebantur sic (45) :

Conservabuntur igitur universa superius scripta firma ab imperio nostro, heredibus et successoribus ejus et Romania, si potestas que est in civitate et terra Pisana, consules, consiliarii et senatores, capitanei, rectores et reliqui meliores, ac ipsum commune Pisarum receperint que a superius scriptis legatis eorum pacta et jurata imperio nostro, heredibus et successoribus ejus ipsique Roma- A nie sunt, et pepigerint ea et corporali confirmaverint sacramento, et scriptum hec continens composuerint et consuete corroboraverint, et celsitudini nostre miserint, et hec rata in perpetuum habuerint ipsi, et qui post eos erunt consules et potestates, consiliarii et senatores, capitanei, rectores ac ipsum commune civitatis et terre Pisa, presente chrysobulo verbo imperii nostri firmiter et inviolabiliter permanere (45). quousque conservabunt suprascripti omnes ex integro ea que superius narrata sunt.

Facto mense Februario presentis decime indictionis, sed millesimi septingentesimi anni, in quo et nostrum pium et a Deo ordinatum subsignavit imperium.

Isaakius in Christo Domino fidelis imperator et moderator Romeorum Angelus.

IX.

DE ECCLESIIS AD ALTIOREM LOCUM PROMOTIS. (A. 1193.)

Vide Balsamonem ad Synod. Chalced. c. 12.

X.

DE METROPOLI HYPAEPORUM.

Non extat (46).

XI.

AUREA BULLA VENETIS CONCESSA [47]. (A. 1199.)

Quemadmodum animalia sese ad invicem intime diligentia, gregatim quousque semper euntia, nec non et compascentia et simul ad sublimia et inferiora convolantia, coëgredentia etiam ac regredientia, et forte interdum quadam necessitate secedentia, et sepius ad invicem retro respicientia, et gruendo ac sclingendo et propriis uniuscujusque vocibus desiderium ab invicem remotorum demonstrantia, et si alicubi libertatem ceperint, statim valde ad compascentia redeuntia, et letitiam impossibile est dici quantum ex facto ad invicem concursu, et velut dilligenti allocutione non significativis et inarticulatis vocibus subsignificantia : sic et genus Veneticorum plurimum amicabile ac servile circha Romaniam per tempora iam multa et etiam a centum annis et plus connumeratis possidens inconvulse eam et indivisibiliter detinet Et si aliquem remoto forte sic eos persequitur, quiete remotionem portantes sepe ad unionem revertuntur, modis quoque omnibus eam revocare requirunt, et ut [ad] matrem puer et ad dominam C verna respiciunt atque amplexus exspectant ; cum autem invenerint, indissolubilibus vinculis amoris tenere student.

Quod quidem et nunc Venetie circha Romaniam contigit. Nam imperio meo sceptra Romanie divina providentia suscipiente, conventionibus quoque, que inter eam et dilectissimum fratrem imperii mei preimperantem, dominum Isaakium Angelum, fuerant, quasi suscipientibus, nobillissimus dux Venetie et protosevastos Henricus Dandolus, ac etiam ipsa Veneticorum consilii prudentia super requisitionem unionis quasi dissolute nequaquam superdormitavit, imo legatos ad nostram transmiserit celsitudinem : primo quidem Rainerium Zenum et filium nobillissimi quidem ducı Venetie Auri Magistri Petri, Marinum, et legatum ab D imperio meo susceperunt grammaticum ejus, protonobillimum ypertaton dominum Johannem Cataflorum. Et quoniam quidem per eum in Veneciis sufficienter morantem, que in conventione ambigua erant, solvi non potuerunt, alios statim lega-

(45) Buchon omisit enumerationem locorum a Pisanis Constantinopoli possessorum, sed notat : *I y est plusieurs fois question des établissements des Amalphitains.*« Ab aque cursu Amalphitanorum ». —«Jura donata Almaphitanis ». — « Descendentem ab Amalphitanis. » — « Dividit eamdem scalam que ab Amalphitanis possidetur. »

(45*) Videtur addendum : *debente.*

(46) Laudatur ad Dispositionem thronum in Coll. can. ed. Rhalli et Potli V. p. 476, n. 1.

(47) Nuperrime ex libro alio et libris Pactorum ediderunt Tafel et Thomas sæpius laudati tom. I, p. 248 sqq.

(48) Editores legunt : ***Etsi aliquantum — prosequitur.*** Lege, ***Et si aliquis remotos.***

tos ad nostram transmiserunt sublimitatem, et nec per eos valentes pacisci, [ac] finem apponi eis, que ab hiis querebantur, nec aliorum legatorum missionem procelaverunt (49), uno accesserunt et rursum ad nostram iegati Venetie tranquillitatem, Henricus Navagiosus (50), Andreas Donatus et Benedictus Grillionis. Et cum nec ista, que legationis erant, pro suo velle ipsos imitantia (51), in Venetiam ad se mittentes et ipsi rediere, suscipientes a nostra serenitate legatum, pansevaston sevaston et familiarem imperio nostro acolittum (52), dominum Johannem Nomucopulum ; et abiit is cum eis. Et tunc (53) nec per istum eis, que ipsi (54) sedebant, majores Venetie finem inducere potuerunt, alios legatos ad nostram duxerunt mansuetudinem, Petrum Michaelem videlicet et Octavianum Quirinum, viros prudentia, consilio et verbo apud Veneticos quam magnos, qui cum pansevasto, sevasto et imperio meo familiari cancellario vicedomino Dimitrio Trinkio (55) ex precepto nostre magnificentie tam de jam peractis, quam etiam ex novo pasciscendis multociens ratiocinantes, denique et coram nostra majestate steterunt, et inter predictum cancellarium atque eos tractata retulerunt, et multam instantiam, nec non et deprecationem ut eis placita perficere possent facientes, ad declarandam acquievere. Juraverunt et etiam sacramentum, sic ad verbum continens ;

« Nos legatis nobillissimi Ducis Vanetie et imperialis protosevasti Henrici Dandoli, Petrus Michael et Octavianus Quirinus, juramus hac hodierna die que est vigessima septima presentis mensis Septembris presentis secunde indictionis, sex millesimi septingentemisi septimi anni, ad sacra dei evangelia et ad honorabilem et vivificam crucem, quod omnia, que pacti sumus cum sanctissimo et altissimo imperatore Romanorum et semper augusto domino Alexio Comnano, secundum orationem et voluntatem predicti nobillissimi ducis Venetiæ et ex scripta ejus conmissione ad nos ex voluntate majoris partis parvi et magni concilii Venetie facta convenimus et pacti sumus; et quod concessit et conmissit nobis idem nobillissimus Dux Venetie, ut nos super animam suam juremus, quod et ipse ea, que a nobis pacta sunt et conventa, jurabit et homines Venetie jurare faciet. Ex ex quo nobis hoc concessit et conmissit, non id subvertit vel mutavit. Et sicut hec juramus sine fraude et malo ingenio, sic adjuvet Deus et sancta ejus evangelia et honorabilis atque vivifica crux predictum ducem nostrum et nos, et in hoc seculo et in futuro. »

Hec igitur jurantes, et que pacta sunt ab eis nostre magnificentie, ut ex parte predicti nobillissimi ducis eorum et totius Venetie scripto ab eis subscripto comprehendentes, id nostre tranquillitati tradiderunt, sic per dictiones habens :

« Non (56) est Venetia conjuncta, nec umquam conjungetur alicui coronatorum hominum vel non coronatorum, aut gentium vel nationum alicui contra imperium domini imperatoris Romanorum et semper augusti domini Alexii Comnani, quamdiu ipse vixerit, aut heredum ejus tam masculorum quam et feminarum, qui et que imperabunt, vel eorum qui ex precepto eorum imperabunt, ad offendendum Romaniam particulariter sive universaliter, nec per se umquam offendet.

« Item, quotienscumque principum aliquis coronatus vel non coronatus, sive gens aliqua contra Romaniam venerit ad offendendum eam cum galeis quadraginta vel pluribus, usque ad centum, et vult imperium eorum, vel heredes ipsorum mares sive femine, [qui] et que imperabunt, vel hii, qui ex precepto eorum imperabunt, servitium Veneticorum cum galeis quadraginta et usque ad centum, debent illud habere infra menses sex post noticiam duci datam Venetie ab imperio eorum. Que profecto galee debent Venetie fieri et preparari a Veneticis cum universo earum apparatu per peccuniam illuc missam ab eorum imperio, vel inventa [m] ibi a parte celsitudinis eorum, Veneticis dare debentibus homines aptos, ut quisque eorum preparationem quinque galearum presit ; qui et jurare debent, quod facient eas et bene fieri, et unamquam. que earum centum quadraginta fore remorum et cum omni apparatu earum, cum celleritate et sine dolo, secundum quod deberent eas facere fieri, si essent galee Venetie, aut si cum peccunia Venetie deberent fieri. Quorum quisque debet a vestiario domini imperatoris accipere liberalitatis gratia numismata yperpera sexaginta.

« Item, comites hujusmodi galearum jurabunt super sancta Dei Evangelia, quod in unaquaque gallearum erunt centum quadraginta homines, si tot hominum eis roga data fuerit, exceptis morientibus et sine eorum noticia aufugientibus. Verumtamen ipsi studebunt bona fide, quatenus rogam eisdem hominibus datam, morientibus vel fugientibus videlicet, recuperent : quam si recuperare valuerint, inducent alios pro eis in galeas eorum, aut reddent rogam homini domini imperatoris.

« Item, jurabunt unusquisque comitum, quod universum apparatum ipsis traditum conducent ad honorem imperii eorum et salutem nostri stoli. Homines autem galearum talem accipere debent rogam, qualem Venetici apud Coriphum accipiebant.

(49) Editores emendant : *protelaverunt*.
(50) Lib. pactorum : *Navagerios*.
(51) Legerim : *impetrarent*.
(52) Lib. pact. *acoluthum*.
(53) Editores conj. *cum*.
(54) Iidem : *ipsis*.
(55) Lib. pact. *Tuiniciio*.
56) Quæ sequuntur repetita sunt ex Nov. V supra, paucis mutatis.

ὡς ἐν ἀξίναις λόχμην, τὸ τῆς βαρβαρικῆς στρατιᾶς
ἐν πυκνότητι λάσιον· οἳ καὶ βραχύ τι ἀναψύχοντες
ἑαυτοὺς ἄρτι, καὶ βουλῶν καὶ τραυμάτων ἀπηλλα-
γμένοι, ὧν εἰς βάθος ἐντετηκυίας τὰς οὐλὰς φέρου-
σιν, ὅμως οὔτι που διὰ τέλους χαίρουσι. Παραιρεῖται

70. Et certe communis tibi vitæ, regni et pru- A
dentiæ summæ particeps et (ut paucis dicam)
regi tanto societate convenientissima, pariter ju-
niori adstat imperatori, et cuncta novit quibus re-
gitur orbis, tua, fruens instructione et imitatione;
et documenta ab operibus exhibens, non habe-
ret qua non in omnibus publici commodi lineam
sequi pergeret. Sed nos animum quidem regium
volumus, et bona quæ inde profluunt: cupimus ve-
ro bellatorem sicut te, tam fortes manus, martium
in hostem vultum, virilem impetum et sanguinis
effusionem, cujus cursum aperit ferrum manibus
regiis scite directum.

71. Occidisti, o maxime rex sol. Et nunc quidem
luna tua iis qui sunt super terram, lucem spargit, B
nigra quidem luctuosis et præfulgentibus tene-
bris, speciosis vero fulgurans luminibus, regias
divinasque emittens venustates. Coruscet non
secundum astra quæ sero occidunt, sed quæ occa-
sum nesciant, si sic precari liceat. Det Deus et so-
lem istum in quam longissimum tempus progredi,
bonumque nobis sic multiplicare, et sub luce utra-
que traducere, quod successionem aliam nescit
quam recte a natura compositam.

72. O tumule, naturæ florem celans, o prudentiæ
latitudinem coarctans, eumque qui semper in actione
erat condens: non talem regi oportebat longorum
laborum requiem ac finem præberi. Longas fatiga-
tiones terminantem oportebat in tranquillitate re-
mansisse, sudores tersisse, vitam dulciorem de-
gisse, deinde in sapiens ægritudineque omni vacans C
otium mutatam sortem gustasse. Qui vero he-
ri forsitan e bellis victor procedebat et tantum re-
laxationis obtinuerat, quantum coronari dignus
esset terrestres quidem exercitus potestatesque dere-
liquit, supernas vero adeptus est.

73. O validissime rex, o procellens quidem qui
appares, optime qui agis, dicam etiam jucundissi-
me, cur absconditus tanta bona recondisti? Ve-
nerandus tumulus tantum intus tegens virum, cui
nec omnis terrarum orbis æquiparabilis. Amarus
tumulus iste talem ab omnibus auferens dulcedi-
nem. Jam videns aliquis quasi ad alveum curret,
internum mel collecturus; hausto vero tædio redi-
bit amaritudinis et afflictionis aculeo punctus; et
lacrymas potabit. Lacrymis istis non in mensura D
potum suum miscet. O tumuli sancte lapis, qui
intus lapidem sanctionem, omnibus formidinem af-
ferentem recondis!

74. Vere enim in hostes currentem simul vide-
re eum poteras, et confestim timuisse, et conversos
in fugam fuisse semper ad eos qui in fronte erant
tendentem. Si vero etiam caderet, illud manus opus
erat regiæ, quercus secantis, sicut in securibus syl-
vam, barbarici exercitus densata agmina hominum,
qui paululum de novo animati et consiliis immuta-
tis vulneribusque quorum in profundum altas ci-
catrices gestant, similiter nullatenus usque ad fi-

nem gaudent. Ab ipsis aufert exsultationis elationes magna turbatio ex admirando eventu proveniens, adhuc et archetypi discessus ad cujus instar ipsi ethnarchas qui apud illos sunt depingi volebant. Singulis placuit sententiis uti. Quarum optima fuit, quod, si tantus ipsis præfuisset dux, non tanta mala passi essent, omne prælium victores commisissent et armis invicti recensiti fuissent. Nam considerabant quomodo non manibus parcens imperator et in incuriam delapsus rem publicam administrabat; plerumque autem periculis se objiciens, manuum validitatem monstrans et victoriarum socius præcellens. Sane sæpe voluit belli os et ipsi ad mortem hiare; et in eo quoque experientia docuit quod belli fortuna e viris optimum semper eligit et aufert. Pericula ergo in fluviis, pericula in viis, pericula in insidiis, in conserto prælio plura, non pauca in obsidionibus, ut uno verbo dicamus, periculorum decem millia, quorum eadem finis mors est.

A δ' αὐτοῖς τὰ τοῦ χάρματος τὸ πολὺ καὶ ἐκπλῆττον τοῦ θαύματος, προσέτι μὴν καὶ ἡ τοῦ ἀρχετύπου ἀπέλευσις, πρὸς ὅπερ αὐτοὶ τοὺς ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἐθνάρχας ἤθελον γράφεσθαι. Ἤρισκε γὰρ ἑκάστοις γνωματεύειν. Καὶ καλῶς ἄρα εἶχε τὸ γνωμάτευμα, ὡς, εἴπερ τοιοῦτος αὐτοῖς ἐφίστατο στρατηγὸς, οὐκ ἂν ἔπασχον οὕτω τὰ πάνδεινα· πᾶσαν δὲ ἂν μάχην ἐκράτουν, καὶ τὸ ἀήττητον ἐπεγράφοντο. Συνενοοῦντο γὰρ, ὡς οὐ συστέλλων ὁ αὐτοκράτωρ τὼ χεῖρε, καὶ εἰς τὸ ἀπρᾶγμον καταλύων, διφκεῖτο τὰ τῆς ἀρχῆς· τὰ πλείω δὲ κινδύνοις ἐπιτολμῶν, καὶ βριαρότητα προφαίνων χειρῶν, καὶ νίκαις παρασπιζόμενος. Καὶ μὴν ἤθελε πολλάκις τὸ τοῦ πολέμου στόμα ἐγχανεῖν καὶ αὐτῷ πρὸς θάνατον· καὶ φιλόνεικος ἦν, ἐπαληθεῦσαι κάνταῦθα, ὡς ἄρα ὁ πόλεμος ἐν ἀνδράσι τὸ κρεῖττον ἀεὶ ἐπιλέγδην αἱρεῖται. Κίνδυνοι γοῦν ἐν ποταμοῖς, κίνδυνοι ἐν ἐφόδοις, κίνδυνοι ἐν λόχοις, πλείονες ἐν σταδίᾳ μάχῃ, οὐκ ὀλίγοι ἐν πολιορκίαις· καὶ ὡς ἐν συναιρέσει φάναι, μυριαχοῦ κίνδυνοι, εἰς ἓν τῷ θανάτῳ φρονοῦντες.

B

75. Cum æquum non sit tali natura gloriari ferrum, non cecidisse sanguine imbutum, multum alienorum cruorem effundens, ne Barbarorum quis de novo opera hæc fieri irrideret, secundum naturam cadit, nemini omnium adversus se dans gloriam perpetui triumphi, et dormit longum quidem, sed unde evigilatur, somnum; vita quidem nuper elapsa insignis, insignior adhuc consummatione, quia vitam in regno collocavit, cujus funestus fuisset non par exitus.

οε'. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔπρεπε τοιαύτης φύσεως καταχαυχήσασθαι σίδηρον, μηδὲ πεσεῖν αἵματι πεφυρμένον τὸν πολλὰ τῶν ἀλλοφύλων χέαντα, ἵνα μή τις τῶν βαρβάρων ἄρτι τὰ ἔργα τάδε γενέσθαι σκώψειε, πίπτει κατὰ φύσιν, μηδενὶ τῶν ἁπάντων κατ' αὐτοῦ ἰδοὺς ἐναβρύνασθαι ὁ εἰσαεὶ νικητὴς, καὶ ὑπνοῖ τὸν μακρὸν μὲν, μακαρίως δὲ αὖθις ἐγέρσιμον· ἀοίδιμος μὲν τοῦ πρώην βίου, ἀοιδιμος δὲ εἰσέτι πλέον τοῦ πρὸς τῷ τέλει, ὅτι καὶ βασιλείας ἐνεῖνος αὐτὸν ἐπεβίβασεν, ἧς ἐξαίσιον τὸ ἀτελεύτητον.

76. Quis vero non ibi mirandum habeat quod et vitam jam metiens pro morti addicta natura, licet tantum virum lege alligari non oportuerit, et pro superna vocatione divisionem patiens, siquidem corpus pro natura sua terræ est reddendum, anima vero ad Altissimum ascendere debet, timebat ne non egregie a vita solveretur, et ne in fine vile quid et præteritorum impar in se non admitteret. Immensa igitur quidem lucta omnis producebatur, nihil vero aliud inter omnia ad majorem laborem urgebat. Itaque belluas juveniles prostravit, Herculis decus illud, lepido nomine luctam illam designans sicut in exercitiis. Imminuto vero pedum vigore, iterum hæc interpositis frequentibus intervallis agebat. Et morbus quidem ad tranquille sistendum incitabat; manus vero ab egregiis operibus non abstinebat. Et quodam modo habebat illum pudor ne ignavus in agendo videretur quoties stimulo externo opus habebat.

C

ος'. Τίς δὲ οὐκ ἂν ἐνταῦθα κρινεῖ πρὸς θαύματος, ὅτι καὶ τὸν βίον ἤδη ἀπομετρῶν, καὶ πρός τι τῆς ἐν τῇ θνητότητι φύσεως, εἰ καὶ μήπω ἔδει τὸν τηλικοῦτον, πρός τε τὴς ἄνωθεν κλήσεως διχαζόμενος, καὶ τὸ σῶμα μὲν ἀνάγκη· ἔχων παρατιθέναι τῇ γῇ, τῇ δὲ ψυχῇ ἀναβαίνειν πρὸς τὸν Ὕψιστον, ὤκνει μὴ εὐγενῶς ἀναλῦσαι, ἀλλ' ἐπὶ τέλους ταπεινὸν καὶ τοῖς φθάσασιν ἀσύντροχόν τι παθεῖν; Μάχη μὲν οὖν ἅπασα ὑπερόριος ἐλήλατο· κατήπειγε δὲ οὐδ' ἄλλο οὐδὲν, ὅ τι τῶν ἁπάντων, εἰς πόνον μείζονα. Θῆρας τοίνυν νεανικοὺς ἔῤῥιπτε, τὸ τοῦ Ἡρακλέους τοῦτο σεμνὸν, ὑποκοριζόμενος μάχην ταύτην, ὡς ἐν γυμνάσματι. Τοῦ βαδιστικοῦ δὲ τόνου ὑπενδιδόντος, κατὰ συχνὰς αὖθις ἀναπαύλας ἐγίνετο τοῦτο. Καὶ ἡ νόσος μὲν ἡσυχάζειν προὐτρέπετό, ἡ δὲ χεὶρ τῶν γενναίων ἔργων οὐκ ἀπείχετο· καί πως D αἰδὼς αὐτὸν περιέτρεχεν, εὐρεθῆναι μὴ εἰς τὸ πᾶν ἐγρηγορότα, ὅτε κληθῆναι δεήσειε.

77. Itaque quod ab omnibus expetendum est quibus in promptu est juxta prudentiæ regulas vivere, sufficit usque ad consummationem exitus ad desideratum Deum, in omnibus perfectionis compos; legationes parans; mittens quo oportebat; cum undequaque legatis tractans; graviter concionans, quod quivis vocabit quasi a lecto regio, opportunius volens per proverbia significare, quam a sedo dicta; ad memoriam revocans et evolvens

οζ. Καὶ τοίνυν τὸ τοῖς ἅπασιν εὐκταῖον, οἷς μέτεστι τοῦ πρὸς ὀρθρὸν [an ὀρθὸν?] φρονήσεως ἴσασθαι, ἐξήρκεσε μέχρι καὶ εἰς τέλος τοῦ ἀπελαυθῆναι εἰς τὸν πεποθημένον Θεὸν, ἑαυτοῦ ὢν εἰς τὸ πάντη τέλειον· στέλλων πρεσβείας· ἐπιστέλλων, ὅποι ἐχρῆν· χρηματίζων τοῖς μυριαχοθεν πρέσβεσι· δημηγορῶν ἐμβριθῶς, ἃ δή τις ὀνομάσοι ἂν, ἀπὸ κλίνης βασιλικῆς, καιριώτερον παροιμιάζεσθαι θέλων, ἥπερ τὰ ἀπὸ κηπαίας λεγόμενα· ἀπομνημονεύων

καὶ ἀνελίττων σπουδαίας πράξεις, τὰς μὲν, ἃς νοῦς βασιλικὸς ἐκείνου προεβάλετο, τὰς δὲ παλαιὰς, αἷς παραδειγματικῶς τὰς ἑαυτοῦ παρέβαλλε· διαιτῶν ὑποθέσεσι, δι' ὧν ἀπευθύνονται πόλεις· διδάσκων, ἅτε δὴ καὶ ἀνὴρ ἀποστολικὸς, εἴ που διδασκάλιόν τι ἀπορηθείη· ἐν δικαιώμασι Θεοῦ ἀδολεσχῶν μετὰ τοῦ Δαυὶδ θεολογίαις ἐμβαθύνων λεπτῷ λογισμῷ καὶ θυμῷ, καὶ ὀλίγα μετέχοντι σώματος· τέσσων ἐμφρόνως τὰ κατ' αὐτόν· ἐπιτάσσων μεγαλοφυῶς τὰ μετ' αὐτόν· εἰς τέλος προάγων, ἃ μὴ φθάσας εὐεργετικῶς εἰς ἐντελὲς ἤγαγε· δημοσία τε καὶ κατ' ἄνδρας ἀξίαις ἐμβιβάζων· πλούτους ἐπιβρέχων τοῖς δσα καὶ γῆ διψῶσα ἐπιδεομένοις· χρυσᾶς ἐπιτιθεὶς κορωνίδας ἱκετηρίοις γράμμασι, σφραγίζων, ἐπισφραγίζων τὰ μὲν ἐκ καινῆς, τὰ δ' εἰς πλεῖον στερέωμα, ἐν οἷς καὶ ἡ τῶν ἐκκλησιῶν φροντὶς καὶ προμήθεια, ἣν ἀγχοῦ που ἡμερῶν ἡ τῶν ἐκκλησιῶν κορυφαία ἐκρότει περισαλπιχθεῖσαν ἐξάκουστα· τὸ πᾶν εἰπεῖν, θεμελίους ὑφιστῶν στερεοὺς τῷ τὴν οἰκουμενικὴν οἰκοδομὴν διαδεξομένῳ υἱῷ βασιλεῖ· ὃς ἅμα ἦν ὅτε σπαργάνοις περιειλίχθη, καὶ ἅμα διαδήματι περιελήφθη, καὶ στέμματι βρεφόθεν ὡραΐσθη βασιλικῷ, ἵνα διαπαντὸς ὢν βασιλεὺς, συνδιϊκνούμενον φέρῃ ταῖς ἡλικίαις ἁπάσαις τὸ τοῖς βασιλεῦσι πρέπον εὐεργετικὸν, καὶ συνεπαυξάνοι τὸ ἔνθεον, καὶ τὸν μέγαν βασιλέα καὶ παῖδα εἰς ἄνδρα τελειώσειε μέγιστον, βασιλεύτατον· ὅπερ καὶ εὐαγγελίζεται ἡμῖν τεκμήρια παραφαῖνον, οἷς οὐκ ἔστι λύεσθαι ἢ ἐκπίπτειν εἰς τὸ δυστέκμαρτον.

A strenuas actiones, has quidem quas ejus regia mens proposuerat, illas vero veteres, quibus exempli causa suas æquiparabat; principia scite discernens quibus recte gubernantur civitates; docens sicut vir apostolicus, si forte documentum quoddam examinandum esset; in judiciis divinis procedens juxta David; divinis scientiis incumbens subtili ratiocinio et ardore, et parum corporis ope egenti; prudenter sua regens; magnanime quæ sunt circa ipsum dirigens; ad finem perducens, quæ non ab initio recte ad ultimum finem perduxerat; publicis et privatis dignitatibus perfunctus; divitias cumulans in eos qui indigebant sicut terra inaquosa; aureas apponens conclusiones supplicibus litteris, sigillo signans, obfirmans, alia de novo, alia in ampliorem confirmationem, in quibus et B ecclesiarum sollicitudo et providentia quam his ultimis diebus ecclesiarum fastigia resonabant tubarum sonitu; ut omnia dicamus, fundationes solidas stabiliens filio in ædificatione universali successuro regi, qui simul ac faciis involutus fuit, diademate cinctus vittisque ab infantia regiis decoratus est, ut omnibus numeris absolutus rex proficiens omni ætati gestaret beneficium reges decens, augeret divine inspiratam dotem, et magnum regem et puerum in virum maximum regio nomine dignissimum consummaret; quod et bonum nuntium et signum nobis afferens fulget, a quo non est quod solvamur et in infaustorum conjecturam decidamus.

οη'. Ἀλλὰ ταυτα μέν μοι ἡ ἐν λόγῳ θερμότης ἔξω τοῦ προκειμένου παρέθετο. Ἐκεῖνος δὲ ἀλλ' ἐπεὶ C πάντα πέρας αὐτῷ εὗρε τὰ κρείττω, καὶ εἰπεῖν ἔσχε καὶ αὐτὸς, ὡς ἤδη τετέλεσται, καὶ ἃ μὲν κατὰ σκοπὸν καὶ τὸ βιώσιμον δὲ, ἀπορρίπτει μὲν τὸ ἔμβιον, γίνεται δὲ τοῦ ἀβίου. Καὶ χρυσὸς μὲν ἡλίου ἀντίμιμος, καὶ μάργαρος ὑποκρινόμενος φῶς, καὶ λίθοι πυραυγεῖς, καὶ δσοι κάλλος ἅπαν ἀνθέων παρευδοκιμοῦσι, λογίζονται ὡσεὶ οὐδέν. Ἐπικρίνεται δὲ τὸ νύκτερον ἄμφιον, ὃ τὴν εἰσέπειτα ἡμέραν εὐαγγελίζεται, ἧς εἰ μὲν ὄρθρος προηγήσεται, λόγον ἂν ἔχοι· νυκτὸς δὲ οὐκ ἂν εἴη διαδοχή. Καὶ συμβόλῳ τοιούτῳ δεδωκὼς ἑαυτὸν, ἀπολέγεται μὲν τὴν ὑψηλὴν καὶ τρυφερὰν στιβάδα· ῥίπας δὲ ὑποστορεσθῆναι θελήσας, τυγχάνει τοῦ ἐφετοῦ. Καὶ στρωμνὴν ἐσχάτην ταύτῃ ἑαυτῷ τίθεται D ὁ πολλάκις ὅμοια πεπονθὼς, οἷς ὑπὲρ ἡμῶν ἐνήθλει· καὶ καταβὰς τὴν ἐν ταπεινώσει ταύτην κατάβασιν, ἀναβέβηκεν, οὗπερ ἀνωτέρω οὐ θέμις ἀνελθεῖν ἄνθρωπον. Καὶ φιλοσοφήσας, ὅσα ψυχὴ καθαρὰ καὶ θεοειδὴς, μονάζουσα σώματος, καὶ ἐπιγνώμων γενόμενος τῆς ἀναλύσεως, καὶ εἰπὼν ἡσυχῇ, καὶ ἀκούσας πρὸς τῶν ἔγγιστα, ὅσα ἐχρῆν, ἀπελύθη τοῦ δεσμοῦ· μᾶλλον μὲν οὖν ἀληθῶς ἐκδεδήμηκε, συνταξάμενος, ὃ δὴ μακαριώτατον ἀληθῶς, καὶ ἀνθρώποις γε οὖσιν ἡμῖν ἅπασιν εὐκταιότατον. Κεῖσθαι μὲν γὰρ ἐμπνέοντα, καὶ σιωπῇ κατάσχετον, καὶ οὐδὲ φρονεῖν εἰδότα, τοῦτο θνήσκειν ἂν ῥηθείη ἀληθῶς· μεταστῆσαι δὲ λαλοῦντα, ὧν μεμνήσεταί τις εἰς ἀγαθὸν, καὶ σῷα φρονοῦντα,

78. Hæc quidem mihi sermonis ardor præter argumentum subjecit. Ille vero cum scopum sibi omnia invenit meliora, et dicere potuit et ipse quod jam consummatum est, quod secundum terminum et vitalitatem, rejicit quod vitale est et fit vitæ minime vitalis particeps. Et aurum solem imitans, et margarita lucem simulans et gemmæ ignicoloræ et quæ florum pulchritudinem omnem superant tanquam nihil æstimantur. Eligitur vero nocturnum indumentum quod diem posterum annuntiat; cujus si diluculum præcedet huic consentanea erit, noctis vero nulla successio. Et ad signum tantum qui se dedit, rejicit quidem elatum et delicatum lectum deliciosum, crates vero sterni volens, quod cupivit obtinet. Stratum illud ultimum sibi parat qui sæpe similia perpessus est; quibus pro nobis se exercebat, et descendens ad talem in humilitate depressionem, exaltatus est ad culmen quod superare genus hominum fas non est. Et philosophice meditatus est utpote anima munda et Deo similis, corpus relinquens et liberationem sciens, et audiens ab his qui astabant quantum oportebat, a vinculis solutus est: quin verius ultimam viam arripuit ordinatim incedens, illam quæ vere beatissima est et hominibus nobis omnibus maxime desiderabilis. Nam jacere quidem spirantem et in silentio præpeditum, nescientemque prudentiam, illud vere mori dicitur; immutari vero loquentem de iis quorum memineris

quivis in bonum et salutaria cogitantem illud potius transitus dicetur, et transitus felix Si vero et mors, sed ea quæ nihil præterea spirituale superlucrata est, nec quid de vitæ tempore reservans, nec cogitationem in actionis impotentia concludens et ratiocinio dominationem servanti insidias tendens, decedentis vero inhabitationi tantum hærens et contra ipsum agens.

79. Sic quidem rex benedictione divina relicta reginæ conjugi, et regi filio et aliis quotquot sacrum tabernaculum circumdabant, adjunctus erat supernis agminibus, et regum Regi, Deo, proximus astiterat, ad cujus servitium regnum semper direxit. Civitatem vero non diceres hominum vocem habentium habitationem esse; sed cupiebant non amplius superesse. Et avulso fundamento ipsi quoque una jacuerunt: ac vitæ lumen qui perdiderant tenebras internas extrinsecus prodebant, se obtenebrantes et tam obscuræ nubi convenientem imbrem, plurimas lacrymas effundentes. Omnino oblivioni dederunt, qui fundamenti locum illum recenter præsentem non amplius videbant, reges nostros, divinissimum fastigium, qui dominationi domum nobis assurgere faciunt. Quos sit servans firmiter incedentes magnus domus ædificator Deus, qui non solum civitates ædificat, quas nisi custodierit ipse, frustra vigilat qui custodit; sed et limum plasmans in solidum opus, et domos sic ædificans, alias in hominibus, et præsertim maximas, quæ ad defensionem ab omni malo quod in mundo esse potest, in alto gradu ædificatæ sunt (reges autem dico in quibus fastigium consistit), qui reges secundum nos, quorum bene gestis jam ab exordio cursus imperatorii cumulati sumus: capiant quidem inde omnis rei exordium, adhuc vero amplius incrementum curanto similitudinis cum Deo per beneficentiæ talentum; quod ipsis illa tanquam bonis villicis proposuit, amplius diffundi volens bonum secundum divinam imitationem et plura esse beneficia recepta et collata.

80. Sermonem produxi, o beate rex, quantum permittebat tempus. Dixisse enim, quantum facultas, de hoc vero vituperatio ne in me cadat qui tempori parcendo in sermone meo decorum observari. Absit igitur nemesis.

A τοῦτο δὲ ἀποδημία λέγοιτ' ἂν μάλιστα, καὶ αὕτη μακαριστέα. Εἰ δὲ καὶ θάνατος, ἀλλ' οὗτος οὐδέν τι τοῦ νοεροῦ παρακερδήσας, οὐδὲ τοῦ τῆς ζωῆς καιροῦ νοσφισάμενος, οὔτε μὴν κατακλείσας τὸ φρονοῦν εἰς ἄπρακτον, καὶ τῷ οἰκοδεσποτοῦντι λογισμῷ ἐπιβουλευσάμενος, ἀπελθόντος δὲ τῷ οἰκίσκῳ καταμόνας ἐπιθέμενος, καὶ κατὰ ἑαυτοῦ δεδρακώς.

οθ'. Καὶ οὕτως ὁ μὲν βασιλεὺς εὐλογίαν τὴν ἐκ Θεοῦ λελοιπὼς τῇ τε ὁμοζύγῳ δεσποίνῃ, καὶ τῷ βασιλεῖ τέκνῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ ὅσοι τὸ ἱερὸν περίστασκε σκήνωμα, συνῆπτο τοῖς ἀνωτάτω τάγμασι, καὶ τῷ παμβασιλεῖ παρέστη Θεῷ, οὗ πρὸς θεραπείαν ἀεὶ τὴν βασιλείαν ἀπεύθυνεν. Ἡ δὲ πόλις οὐκ ἂν εἴπες οἴκησιν αὐτὴν ἀνθρώπων εἶναι φωνὴν ἐχόντων· ἀλλ' ἤθελον μηκέτ' εἶναι. Καὶ τοῦ θεμελίου ὑποσπασθέντος, καὶ αὐτοὶ συγκατέπιπτον· καὶ τὸ τοῦ βίου φῶς ἀπολωλεκότες, τὴν ἐντὸς ἐκτὸς ὑπέφαινον, μέλανσιν, ζοφώσαντες ἑαυτοὺς, καὶ τῷ τοιούτῳ νέφει ὁμόλογον ὑετὸν, τὸ δαψιλὲς δάκρυ, κατάγοντες. Κἂν ἐξέλιπον εἰς τὸ παντελὲς, εἰ μὴ τὸν τοῦ θεμελίου τόπον ἐκεῖνον ἀρτιωθέντα εἶδον, τοὺς βασιλεῖς ἡμῶν, τὴν θειοτάτην κορυφὴν, οἳ τὴν τοῦ κράτους ὀροφὴν ἡμῖν ὑπανέχουσιν. Οὓς καὶ εἴη συντηρῶν παγίως βεβηκότας ὁ μέγας οἰκοδόμος Θεὸς, ὁ μὴ μόνον πόλεις οἰκοδομῶν, ἃς εἰ μὴ φυλάξει αὐτὸς, εἰς μάτην ἀγρυπνηθήσεται ἡ φυλακή· ἀλλὰ καὶ πηλοποιῶν πλάττων εἰς τὸ στερέμνιον, καὶ οἴκους οἵτως οἰκοδομῶν, τούς τε ἄλλους τοὺς ἐν ἀνθρώποις, καὶ μάλιστα τοὺς μεγίστους, οἳ πρὸς ἀλεωρὴν παντὸς κακοῦ τοῦ ἐν κόσμῳ ἀνῳκοδόμηνται (τοὺς βασιλεῖς λέγω, ἐν οἷς τὸ κορυφαῖον), οἱ καθ' ἡμᾶς, ὧν τῆς εὐεργεσίας ἐξ αὐτῶν ἤδη βαλβίδων τοῦ τῆς αὐτοκρατορίας δρόμου ἀνεπιμπλάμεθα. Λαβόντων μὲν ἐκεῖθεν τὸ τοῦ παντὸς ἐνδόσιμον, προσεπαυξανόντων δὲ καὶ ἐπὶ πλέον τὸ ἐξομοιοῦν Θεῷ τῆς εὐεργεσίας τάλαντον· ὃ δὴ αὐτοῖς ἐκεῖνος ὡς ἀγαθοῖς οἰκονόμοις παρέθετο, θέλων ἐπὶ πλέον χεθῆναι τὸ ἀγαθὸν κατὰ θείαν μίμησιν, καὶ εἶναι πλείω τὰ εὐεργετούμενα, καί γε τὰ εὐεργετήματα.

π'. Ὡσιωσάμην τὸν λόγον, ὦ μακαριστὲ βασιλεῦ, εἰς ὅσον ἐπεμέτρει καιρός. Εἰπεῖν γὰρ, εἴτ' ὅσον καὶ δύναμις, οὐκ ἂν ἀληθὲς ἀπελεγχθείη μοι, ἐνδαψιλευσαμένῳ καὶ χρόνον ἐοικότα καὶ τὸ τῆς ἀδείας καλόν. Ἀπίστω δὲ νέμεσις.

EJUSDEM

EPISTOLA AD THESSALONICENSES.

4. Si ego primus hanc institutionem epistolarem, o fratres, ad vos misissem, novi quid agere fortasse accusarer. Cum autem non primus hac via procedam, sed perantiquam consuetudinem sequar

α'. Εἰ μὲν ἐγὼ πρῶτος διαπόμπιμον διδασκαλίαν, ὦ ἀδελφοὶ, ἐξέστειλα ταύτην, ἐνέτρεψεν ἄν τις ἐμὲ τῆς καινοπραξίας ἴσως. Ὅτι δὲ οὐ προάγω ἀρχόμενος, ἀλλ' ἑπακολουθῶ παλαιτάτῃ μεθόδῳ τοιαύτῃ,

καὶ ζήλῳ τῶν προηγησαμένων ἐνάγομαι εἰς ἔργον ὅμοιον, εὖ ἔχω πεποιθήσεως, εὑρέσθαι συγγνώμην τῆς μιμήσεως, τά τε ἄλλα, καὶ διότι λόγῳ καὶ νόμῳ τοιούτῳ καὶ οἱ ἄλλως ἐπιστολιμαῖοι λόγοι ἐξεύρηνται. Λαλητὸν γὰρ ζῶον ὄντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ δι' αὐτὸ φιλολόγον, καὶ οὕτω φιλάλληλον, συνόντες μὲν ὁμιλοῦσι τὰ σφίσι φίλα· ὅτε δὲ καὶ δισταῖεν κατὰ τόπον, ὁσιοῦνται τὰ τῆς λαλιᾶς ἀποστόλοις, πῇ μὲν ζῶσιν ἐλλογίμως, πῇ δὲ ἀψύχοις μὲν, ἠσκημένοις δὲ εἰς προσφώνησιν γραμμαῖς τεχνικαῖς, ταῖς διὰ μέλανος γραφικοῦ. Καὶ τοίνυν ἐννόμως οὕτω διδάσκων ὑμᾶς, ὅσα καὶ πατὴρ θεῖος, τέκνα πνευματικὰ ἐκ διαστήματος τοῦδε, ὃ καὶ αὐτὸ Θεὸς ἡμῖν ὡς ἐφαμάρτοις διώρισε, πρῶτα μὲν εὐχὰς αὐτός τε ποιοῦμαι, καὶ ἐξ ὑμῶν προκαλοῦμαι, μὴ εἰς κενὸν λαλῆσαι, ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῷ παρεῖναι, οὕτω καὶ ἀπόντα χώραν εὑρεῖν με φίλης ἀκροάσεως παρ' ὑμῖν· εἶτα καὶ λαλῶ οὐκ ἀσύμφωνα, οἷς φθάσας βιβλιοφυλακεῖν ὑμῖν ἐν καρδίαις ἀφῆκα, ἐχόμενα δὲ πάντως ἐκείνων, καὶ στρεφόμενα ἐν τοῖς αὐτοῖς. Καὶ ἔστι τοῦτο Δαυϊτικῶς καὶ ἐν ἐμοὶ ἀδολέσχημα ἐν δικαιώμασι Κυρίου, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν, ἐν διδάγμασιν ἀρέσκουσι τῷ Θεῷ. Οὐ γὰρ ἄν τις δυσπραγοίη ψόφον τινὰ, δικαιώματα Κυρίου καὶ νοῶν καὶ προφέρων, τὰ ἐν τῷ καθόλου δικαιοῦντα καὶ τὸν διδάσκοντα καὶ τὸν διδασκόμενον· τὸν μὲν, ὡς τὰ τοῦ Θεοῦ λαλοῦντα, τὸν δὲ, ὡς μὴ παρήκοον. Καὶ οὕτω μὲν ἐγὼ λαλῶ ἄρτι πρὸς ὑμᾶς, οὐ κατ' ὄψιν ἀμέσως καθὰ πρὸ τούτων, ὡς ἐμὲ μὲν διδάσκειν, ὑμᾶς δὲ ἀκούειν ἐκ τοῦ παραχρῆμα, καί που ἔχειν αὐτίκα ἐρωτᾷν, εἴ τί που παραπέσοι ἀπορίας ἄξιον, καὶ τὴν λύσιν ἐξ ἡμῶν ζητεῖν, καὶ δέχεσθαι, ὃ δὴ καὶ αὐτὸ νομοθέτημα διεξοδικῆς διδασκαλίας ἦν ποτε· ἀλλ' ἐξαποστέλλω τὸ διδασκάλιον ἀναγκαίως, καὶ ἡ ἀνάγκη αὕτη διπλῆ, πραγματευομένη καὶ τὰ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τὸ κατ' ἐμὲ, ἵνα σωζοίμεθα ἐξ ἴσου ἰσοταλάντῳ ῥοπῇ· ἐγὼ μὲν, ὡς διδάσκων τὸ ἀγαθὸν, ὑμεῖς δὲ, ὡς ὑπακούοντες, ὃ καὶ ἐν τοῖς πρώην ἐνιαυτοῖς εὐπραγούμενον ἐν ὑμῖν διεφαίνετο. Τίνα δέ μοι τὰ οὐκ ἀσύμφωνα τοῖς ἐφθακόσιν ἐμοῖς λόγοις διδασκάλια; Τὸ ὅλον τῆς ἐπιστολῆς ταύτης ἐδάφιον, ἐν ᾧ καὶ αὐτῷ δικαιοσύνη κεῖται, εἴρε μὴ κοιμωμένη ἐς ἄπρακτον, ἀλλ' ἐπαναπαυομένη, κατὰ νοῦν γραφικὸν, καὶ γρήγορος αὐτὴ προσφερομένη ἐγρηγορόσιν ὑμῖν.

A et exemplo majorum ad idem faciendum inducar, persuasissimum habeo fore ut hujus imitationis venia concedatur et omnino, et quia alia scripta epistolaria partim forma partim argumento eodem modo exarata sunt. Cum enim homines loquendi facultate præditi sint, quo fit ut lubenter colloquantur et sese diligant invicem, quando eodem loco degunt, de rebus sibi charis conversantur: quando autem locis separantur, conversatio transmittitur per nuntios, nunc vivos et diserte loquentes, nunc mortuos quidem, sed ad allocutionem aptos signis artificiosis atramento exaratis· Sic igitur legitime vos erudiens, uti pater divinus, infantes spirituales e longinquo, ad quod munus nos peccatores Deus destinavit, ante omnia B precor et ut mecum preceminiexhortor, ne incassum verba faciam, sed ut, quemadmodum præsens, ita etiam absens libenter attenteque a vobis audiar, siquidem loquor non diversa ab iis quæ vobis in intimis cordium recessibus conservanda prius tradidi, sed quæ prorsus cum illis cohæreant et in eodem versentur argumento. Vertitur autem oratio mea, ut cum Davide loquar, in justificationibus Domini, hoc est in doctrinis quæ Deo placent. Neque enim vituperio dignus fuerit qui mente versat et verbis profert justificationes Domini, et magistrum et discipulum omnino justificantes, illum quidem ut qui quæ Dei sunt loquatur, hunc autem, ut qui non inobediens sit. Et sic ego nunc ad vos loquar, non immediate e conspectu quemadmodum antea, cum ego docerem, vos autem auribus me exciperetis et, si quid esset minus clarum, C illico me interrogare et solutionem ex me quærere et accipere possetis, quam conversationis nostræ legem illo tempore nobis statueramus: sed mitto vobis doctrinam necessitate coactus. Est autem necessitas hæc duplex, ut quæ et ad vos et ad me pertineat, ut pariter eadem ratione salutis participes fiamus: ego quidem ut bonum docens, vos autem ut morem gerentes, qua virtute annis præterlapsis insignem vobis gloriam peperistis. Quænam autem sunt præcepta mea a prioribus non diversa? Totum hujus epistolæ argumentum, in quo et ipso justitia versatur, quæ utinam haud torpore inefficaci cohibeatur, sed, ut Scriptura ait, aliquantulum requiescens, jam evigilata ad vos vigiles perferatur!

β'. Ἄγε δὴ, ὦ φιλτάτη τῷ Θεῷ ἀγάπη, ᾧ κόσμου παντὸς σύστασις, ὦ πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθῶν αἰτία, ὦ φύσεως τῆς καθ' ἡμᾶς ἐπικόσμημα, ὦ μῆτερ καὶ εἰρήνης καὶ ἀπραγμοσύνης καὶ ἡσυχίας θεοφιλοῦς, ὦ τοῖς φιλοκάλοις καὶ φιλοθέοις ἀπραγμάτευτον καὶ εὐπόριστον ἀγαθὸν, δι' ἣν καὶ νόμοι τέθεινται, καὶ πολιτεῖαι ἐξεύρηνται, καὶ συναλλάγματα ἐπινενόηνται, καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, δι' ἣν ὁ βίος ἅπας ἐρρύθμισται· ὦ τοίνυν ἀγάπη μελιτόεσσα, ἣν ὁ μὴ ἔχων ἄνθρωπος εἰς θηρίον ἀποκέκριται, ἣν ὁ μὴ προφέρων διδάσκαλος μίσους ἐστὶ κατάξιος· πάρεσό μοι καὶ νῦν ἄρτυμα πνευματικὸν πανδαισίας ταύτης, ἣν δαιταλεῦσι φίλοις διαπέμπομαι. Εἰ δὲ

D 2. Age igitur, o charitas tantopere a Deo dilecta, o mundi universi compages, o omnium quæ hominibus eveniunt bonorum causa, o naturæ nostræ decus, o mater pacis et otii et quietis Deo gratæ, o bonum virtutis studiosis Deique amantibus sine magno labore comparabile, o charitas; per quam leges latæ, et civitates fundatæ, et fœdera inita sunt, per quam, ut uno verbo dicamus, universa vita ordinata est: o charitas dulcissima, sine qua homo ab bestiæ similitudinem deprimitur; sine qua magister odio se dignum reddit, ades mihi jam velut condimentum spirituale harum epularum quas charis convivis transmitto. Si vero reliquus

quoque virtutum cœtus, ancillarum dilectarum dominam sectantium instar, te comitatur, assistant et ipsæ convivio et quæ decet perficiant, ut cibus hic spiritualis verum nobis bonum præbeat, omnino excellentius quam illius molarii Eunosti, quem vetus fabula magno honore dignum habuit.

3. Animum igitur, o fratres, advertite iis quæ dicturus sum. Et quoniam spiritualis hæc mensa a manibus charitatis dilectissimæ veluti a prudentibus coquis vobis apponitur, accumbite ad eam per Deum, cui assidet, et epulis fruimini, ut sinceræ genuinæque charitatis participes fiatis: nolite autem propterea quod sapientiæ libamen vobis non affertur, stomachari aut jocari. Etsi enim magister sapientiæ expers aut etiam injucundus est, attamen charitas, qua etiam imperiti præceptores ab iis qui edoceri cupiunt, frequentantur, hunc calicem dulcem reddet, hilaritatisque merum propinando quæ ad sapientiam hauriendam sufficiant, abunde suppeditabit, adeo ut quæ mundus evomit, omnino et vi careant et ignorentur, moderatio autem et temperantia animam evehant ad vitam angelicam.

4. Charitas, o fratres (nunquam enim ab ea desistam, imo, licet molestus sim, semper citabo), si quando in vobis largiter inhabitat, ante omnia requirit, ut qui vere homo vult esse, apud Deum sit et eos qui ipsi adstant, deinde apud regem. Num porro etiam episcopi diligi debeant a presbyteris, et diaconis Christianis et ab universo clero ac populo, vos nostis, qui e sacro suggestu in ecclesia hac de re edocti estis. Et sic consequenter charitas omnium etiam proximis debetur.

5. Quæ quidem cum ita se habeant (et vere sic se habent, quantumvis adversarii nugentur et in contrarias partes abeant), vos ipsi meditando facile intelligetis, vobis hæc omnia diligenter observantibus spem salutis certissimam inde enasci. Cæterum si forte in uno charitatis præcepto deliqueritis, nolite statim spem illam abjicere, sed per pœnitentiam corroborare denuo eamdem studete. Jam vero ejusmodi pœnitentia non simpliciter in eo consistit ut animi dolorem sentiatis, sed ut charitatis defectum compleatis, et quod vobis ad illam deest perficiatis, adeo ut quos amare debetis, non aliter ametis, quam uti Deus præcepit, in toto animo et ex toto animo, in toto corde et ex toto corde, in tota cogitatione et ex tota cogitatione. Sic nimirum diligere abeo jubemur.

6. Animam autem dico illud quod prorsus intra nos est, animam non de terra natam, neque ideo ad terram reversuram, sed quæ orta est ex insufflatione Dei, ad quem etiam redit, si rectum fecerit; animam, inquam, qua licet ad Dei naturam non prorsus accedente, tamen similitudinem divinam

καὶ λοιπὸς ὁρμαθὸς ἀρετῶν ἀμφιπένονταί σε, ὅσα καὶ ὀπαδοὶ φίλαι θεράπαιναι, παρέστωσαν τῷ συσσιτίῳ καὶ αὐταὶ, συντελέσουσαι τὰ πρόσφορα, ὡς ἂν ἡμῖν οὕτω νόστιμον καλὸν ἡ πνευματικὴ αὕτη σχοίη τροφὴ, τῷ παντὶ σεμνότερον τοῦ ἐπιμυλίου Εὐνόστου, ὃν λόγος παλαιὸς διὰ σεβάσματος ἦγαγε.

γ'. Προσέχετε δὴ, ὦ ἀδελφοὶ, τοῖς ῥηθησομένοις. Καὶ ἐπεὶ χεῖρες ἀγάπης τῆς παμφιλήτου τὴν λογικὴν ταύτην καὶ τράπεζαν καὶ τροφὴν ὅσα καὶ σώφρονες ὀψοποιοὶ καταρτίζουσι, γίγνεθε πρὸς αὐτῇ διὰ τὸν Θεὸν, ᾧ παρεδρεύει· καὶ πρὸς ἀληθῆ καὶ ἀπαραχάρακτον ἀγάπησιν σιτίζεσθε τὰ προτεθησόμενα· καὶ μὴ, διότι σοφίας οὐ παρατέθειται κράμα ὑμῖν, σικχάζεσθε ἀηδιζόμενοι. Εἰ γὰρ καὶ ἄσοφος ὁ διδάσκαλος, καὶ εἰς οὐδὲν γλυκὺς, ἀλλὰ ἡ ἀγάπη, δι' ἣν καὶ ἰδιῶται διδάσκαλοι προσιτοὶ γίνονται τοῖς ἐφιεμένοις μαθεῖν, γλυκανεῖ τὸν κρατῆρα τοῦτον, καὶ ἀκαρότητος μέθυ προβαλλομένη, ἐμβρωματίσει τε καὶ ποτιεῖ τὰ εἰς κόρον σώφρονα· δι' οὗ ὁ μὲν κατὰ κόσμον ἔμετος ἀπρακτεῖ, ὡς μηδὲ γινώσκεσθαι, τὸ δὲ νηφάλιον ὁραξάμενον τῆς ψυχῆς ἀναφέρει αὐτὴν εἰς πολιτείαν ἀγγελικήν.

δ'. Ἡ ἀγάπη, ὦ ἀδελφοὶ (οὐ γὰρ ἐθέλω ἀποσχέσθαι ποτὲ αὐτῆς, ἀλλ' οἷον παρενοχλῶ, πρὸς βίαν αὐτὴν ἐπισπώμενος), εἴ πως ὑμῖν εἰς πλάτος ἐμπολιτεύοιτο, πάμπρωτα μὲν ἀπαιτεῖ, τὸν ὡς ἀληθῶς ἄνθρωπον πρὸς τῷ Θεῷ εἶναι καὶ τοῖς αὐτῷ παρεστῶσιν, εἶτα καὶ πρὸς τῷ βασιλεῖ. Εἰ δὲ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἀγαπηθήσονται πρός τε τοῦ πρεσβυτερίου, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ διακονίας, καὶ παντὸς τοῦ κλήρου, καὶ τοῦ λαοῦ, ὑμεῖς οἴδατε μανθάνοντες αὐτὸ ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἀναστάθμου τοῦ κατὰ τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν ἐξηχούμενον εἰς ὑμᾶς. Ἐποφείλεται δὲ ἀκολούθως ἀγάπη πρὸς πάντων καὶ τοῖς πλησίον.

ε'. Τούτων δὴ οὕτως ἐχόντων (ἔχουσι δὲ οὐκ ἄλλως, κἂν εἰ πολλά τις πτερυγίζῃ ἀντιφερόμενος καὶ ἀδολεσχῶν), ὑμῖν ἀφίημι διασκοπεῖσθαι καὶ λογιστεύειν τὰ καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς, ὡς ἂν, εἰ μὲν αὐτὰ πάντα φυλάττεσθε εἰς ἀκριβὲς, εὐέλπιδες εἴητε σωθήσεσθαι· εἰ δέ τι σφάλλεσθε τοῦ κατὰ τὴν ἀγάπην ὅλου κανόνος, ἀπ' ἐλπίδος μὲν μηδὲ οὕτω γίνοισθε, σπεύδοιτε δὲ πραγματεύεσθαι διὰ μετανοίας τὸ τῆς ἐλπίδος ταύτης ἀκαταίσχυντον. Θεωροῖτο δὲ ἂν ἡ τοιαύτη μετάνοια οὐκ ἐν τῷ ἁπλῶς μεταμέλεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀναπληροῦν τὸ τῆς ἀγάπης ἐν ὑμῖν ἐλλεῖπον, καὶ τελειοποιεῖν τὸ κατ' αὐτὴν ἐνδεές· ἵνα μὴ ἄλλως ἀγαπᾶτε, οὓς ἀγαπᾶν χρεωστεῖτε, ἀλλὰ ὡς ὁ Θεὸς ἐκανόνισε, διαταξάμενος, ἐν ὅλῃ ψυχῇ, καὶ ἐξ ὅλης ψυχῆς, καὶ ὅλῃ καρδίᾳ, καὶ ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ἐν ὅλῃ διανοίᾳ, καὶ ἐξ ὅλης διανοίας ἀγαπᾶν, οὓς φιλεῖν δι' αὐτοῦ ἐντετάλμεθα.

ς'. Λέγω δὲ ψυχὴν μὲν τὴν τὸ πᾶν ἐν ἡμῖν, τὴν μὴ ἐκ γῆς, διὸ μηδὲ παλινοστοῦσαν εἰς γῆν· ἀλλ' ἐξ ἐμφυσήματος Θεοῦ, εἰς ὃν καὶ καταλύει, ἂν ὀρθὰ πορεύηται· δι' ἧς, Θεοῦ μὲν μὴ οὔσης αὐτόχρημα, θειοτάτου δὲ χρήματος, ἀποθειούμεθα, εἴπερ ἐθέλομεν, καὶ υἱοὶ γινόμεθα Ὑψίστου πάντες· καὶ εἰ καὶ

θνήσκομεν, ἀλλ' ὡς τοιοῦτοι θνήσκομεν, ὡς δηλαδὴ προσειλημμένοι αὐτῷ εἰς υἱότητα. οὐ μὴν ὡς υἱοὶ ἀνθρώπων, οὐδὲ, ἀπολύτως εἰπεῖν, ὡς ἄνθρωποι ἀδίκου δηλονότι πλούτου, ἢ φαύλων ἐπιθυμιῶν, ἢ ὀργῆς, ἢ αἱμάτων, ἢ τοιοῦδέ τινος κακοῦ. Καρδίαν δέ γε φημὶ, ἐφ' ἣν διαλογισμοὶ εὐαγγελικῶς ἀναβαίνουσι, καὶ αὐτοὶ διάφοροι ἔστιν ὅτε, καὶ οὐδὲ εὐσύμβατοι· διάνοιαν δὲ, καθ' ἣν, εἰ μὲν σεσόφισταί τις θεόθεν, ἀγαθὰ συλλογίζεται, καὶ συμπεραίνει τοὺς λόγους πρὸς θείας ἀρχὰς τὰς ἐκεῖθεν· εἰ δὲ ἡμάρτηται, σοφίζεται καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς ἀκροατὰς, καὶ οὕτως οὐ τῆς αὐτοσοφίας λογίζεται μαθητὴς, ἀλλὰ τοῦ σοφιστοῦ τῆς κακίας ὑποδρηστήρ.

A referente, ad deorum, si velimus, dignitatem evehimur et cuncti reddimur filii Altissimi, ita quidem ut, etiamsi morimur, tamen non tanquam tales moriamur, utpote jam antea in filiorum numerum adoptati, neque tanquam filii hominum, neque, ut breviter dicam, tanquam homines injustarum divitiarum, aut pravarum cupiditatum, aut iræ, aut sanguinum, aut similis improbitatis. Cor porro dico, in quo, ut cum Evangelio loquar, cogitationes exsurgunt diversæ interdum et illicitæ. Cogitationem denique, qua quis divinitus sapientia instructus de rebus bonis meditatur et disciplinam ab initio acceptam ad justum finem perducit et conservat; ubi vero peccatum est, se atque auditores edocet, neque propriæ sapientiæ discipulus, sed magistri perversitatis servus reputatur.

ζ'. Ἐμοὶ δὲ καὶ ἐνταῦθα λόγου τὸ ἐν ὅλῃ καὶ τὸ ἐξ ὅλης οὐκ ἀπροσφυῶς, οἶμαι, δοκεῖ μὴ συντρέχειν εἰς ἔννοιαν τὴν αὐτὴν, καὶ πάντη πάντως ἀνεξάλλακτον, ἀλλὰ προφαίνεσθαι μὲν διαφοράν τινα ἐν αὐτοῖς, οὐ μὴν ἀσύντροχον τῇ ὀρθότητι, οἷα ἐν διαφόρῳ λαλίᾳ ξυμβαίνουσαν εἰς ἓν ἀγαθόν· ὅμοιον ὡς καὶ εἴ τινες δύο πορευόμενοι ἐς ὀρθὸν ἐν ὁδῷ σχιζομένῃ διχῇ, ὁμως εὐθυβόλως εἰς ἓν πέρας ἀγαθὸν καταλύουσι.

B 7. Jam hic vero haud inopportunum videtur dicere, quod illa verba *in toto* et *ex toto* non prorsus ad eumdem redeant sensum, nec ullo modo discrepantem, sed discrimen quoddam eis inesse, non tale quidem quod rectæ fidei regugnet, sed quod diverso loquendi genere ad unum idemque bonum deducat, velut si duo via recta, licet bifariam divisa, proficiscentes, ad finem optatum felicitor perveniunt,

η'. Καί μοι ἀρέσκει τὸ μὲν ἐν ὅλῃ τὸ ἐνδόμυχον τῆς ἀγάπης ὑποσημαίνειν τὸ καταμόνας ἔνδον ἐν τῇ ψυχῇ, τὸ τοὺς πολλοὺς λανθάνον εἰσέτι, τὸ μήπω ἐκπεφηνὸς, τὸ ἐνοικοῦν τῇ ψυχῇ, τὸ ἐν τῷ ἐντὸς κεκρυμμένον οἰκουρίας τινὸς δίκην, οὐ μὴν καὶ προφαινομενον εἰς ἐνάργειαν. Ἔντα προσεπινοεῖν ἐνάγομαι, καὶ ὡς ἐν τρισὶ τούτοις καλοῖς, τῇ ψυχῇ, τῇ καρδίᾳ καὶ τῇ διανοίᾳ τὸ ἐν ἡμῖν πᾶν ἐντὸς ἀγαθὸν ἐντελῶς ὑπογράφεται, ου μεμνῆσθαι καὶ τὸν μέγαν Δαυὶδ, ὅπου ἐθέλει πάντα τὰ ἐντὸς αὐτοῦ κινεῖσθαι εἰς τὸ εὐλογεῖν τὸ τοῦ Θεοῦ ἅγιον ὄνομα. Τούτοις γὰρ τοῖς ἐντὸς, τοῖς τρισὶν, ὑφ' ὧν ἡ ἀγάπη διαπλέκεται, εἴ τις λογισμοῦ εὖ ἔχοι, εὐλογεῖ τὸν τῆς ἀγάπης Κύριον, ὕμνον ἀναμέλπων ἐν τῷ πνευματικῶς ἡρμόσθαι κατὰ τὸ ἐν ἀγάπῃ σύμφωνον τοῦ τριμεροῦς τῆς ψυχῆς. Καὶ τοιοῦτον μὲν τὸ ἐν ὅλῃ ψυχῇ τε καὶ καρδίᾳ καὶ διανοίᾳ, ὡς εἴρηται, ἀγαπᾷν.

C 8. Verba illa *in toto*, ut mihi quidem videtur, indicant reconditum charitatis, id quod solum intra animam est, quod multitudinem adhuc latet, quod nondum apparuit, quod animæ insidet, quod in interiori, velut in domo quadam absconditur necdum ad activitatem processit. Jam hic animadverto, pulchra ista trinitate, anima nimirum et corde et cogitatione, omne bonum intra nos accurate designari, cujus rei etiam magnus David meminit, quando vult ut omnia quæ intra ipsum sunt ad benedicendum sancto Dei nomini permoveantur Iis enim tribus interioribus, quibus charitas inhæret, si quis bene senserit, benedicit charitatis Dominum, dum hymnum, spiritualiter ad harmoniam illarum trium animæ partium in charitate compositum, modulatur. Et hoc est, in tota anima et corde et cogitatione amare, uti diximus.

θ'. Τὸ δὲ ὅλης τῷ ἑτεροίῳ τῆς φράσεως καὶ τὴν ἔννοιαν συνεξαλλάττειν δοκεῖ. Φαίνεται γαρ δηλοῦν ἀγάπην ἡ φράσις αὕτη πρόοπτον, καὶ οὕτως ἐξωτερικὴν, ἐκπιδύουσαν τῶν ἐντὸς καὶ κατὰ ψυχὴν, ὅσα καὶ πηγῆς ἀγαθῆς. ῥεῦμά τι χρηστὸν ἔξω, καὶ ἐκκαλυπτομένην καὶ προφαινομένην ἐκ τοῦ ὡς D εἰπεῖν δυνάμει κατὰ ἐνέργειαν· οἷον ὁ μὲν λογιζόμενος ἐν ψυχῇ, καὶ διανοούμενος, καὶ οὕτω συλλογιζόμενος ὀρθῶς τὰ ὑπὲρ ἀγαθοῦ φίλου, καὶ μεθοδεύων, καὶ ἑαυτὸν εὔθετον ποιῶν εἰς τὰ πρὸς χάριν ἐκείνου, καὶ βυσσοδομεύων καλὰ συνοίσοντα τῷ ἀγαπωμένῳ, ἐν ψυχῇ καὶ ἐν καρδίᾳ καὶ ἐν διανοίᾳ ὅλῃ, ἐκεῖνον ἀγάπᾷ, ἐντὸς μὲν φέρων αὐτὸν, οὐ παραυγάζων δὲ τὸ φίλιον καὶ ἐμφανῶς, οὐδὲ ἐξαστράπτων αὐτὸ ἔξω εἰς ἐναργές. Ὅς δὲ καιροῦ παραπεσόντος καὶ ἀπαιτοῦντος ἀγάπης ἐπίδειξιν ἐκπορίζει τῷ φίλῳ τὰ δέοντα, πράττων εἴτε ὑπερλαλῶν, ἢ ἄλλο τι τεηνώμενος, δι' οὗ πανηγυρίζει, πομπικῶς

9. Illud autem *ex toto*, uti dictione, ita etiam sensu differre videtur. Ex mea enim sententia ista phrasis innuit charitatem manifestam, ad exteriora prorumpentem, ex intimis animi recessibus, tanquam e bono fonte, excellentis laticis instar ebullientem, apertam et ex potentialitate, ut ita dicam, ad activitatem alacriter prosilientem, dum contra is qui animo reputat et meditatur, et sic probe quæ amico utilia sint deliberat, et scrutatur et semet ad illi grata exhibenda præparat, et quæ dilecto prodesse possint, rimatur, is in anima et corde et cogitatione illum diligit, intus eum ferens, non autem manifesto revelans amicitiam, neque ad activitatem deducens. Qui autem, occasione oblata et tempore charitatis demonstrationem requirente, amico necessaria suppeditat, sive factis, sive verbis, sive re alia quacunque, et ita clare ostendit et coram omnibus aperte probat, quali

amicitiæ sensu ergo amicum affectus sit, is ex tota anima et ex tota cogitatione diligit, promens nimirum quæ in animo latent, et factis demonstrans. Quare charitas interior, ubi erumpit comparanda est titioni alicubi sub cineribus latenti aut flammæ corpore aliquo superjecto oppressæ, ubi autem ad agendum parata proruperit, similis dicetur igni qui e loco abdito prosilit et in altum elatus clarissimo splendore omnia collustrat.

θριαμβεύων καὶ παραδεικνύς, ὁποῖός ἐστι τὰ εἰς εὐθυτάτην φιλίαν, ἐξ ὅλης ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης διανοίας ὁ τοιοῦτος ἀγαπᾷ, ἐξάγων δηλαδὴ τὰ ἐν τῇ ψυχῇ προαποκείμενα, καὶ προάγων καὶ ἐκφαίνων ἐναργῶς· ἵνα τὸ μὲν ἐντὸς καὶ ἐσωτερικὸν τῆς ἀγάπας ἀναλογῇ ζωπύρῳ ἔνδον που ὑποσμυχομένῳ, ἢ καὶ φλογὶ πνιγομένῃ ἔν τινι στεναγμῷ· τὸ δὲ κατ' ἔκφανσιν αὐτῆς ἐνεργητικὸν εἰκάζηται πρὸς φλόγα, ἔνδοθέν ποθεν ἐγκύψασαν ἔξω, καὶ ἀναπηδῶσαν καὶ ἐκλάμπουσαν φανότατα.

10. Cum igitur ita statutum sit de dilectione et charitate, quæ superne ab ipso Deo, agricolæ instar, hoc in mundo seminata est ut abundantes fructus divinis receptaculis convenientes proferat, vos quoque bonis debetis abundare fructibus et messem exhibere perfectam, ne hilum quidem abjicientes in escam avium grana devorantium, hoc est dæmonum qui arva divina circumvolitantes pro viribus contaminant, omnemque navant operam ut optimam istam ac fertilissimam charitatis plantam radicitus evellant, totoque adhibito studio funditus evertant, ejus loco odium firmissime implantantes; ad quod perficiendum ubi non ex voto pervenerint, saltem mutilare illam et ne integra perfectaque sit efficere conantur. Itaque olim dæmon revera pravus contra eam quæ in Deum exseritur charitatem rebellavit, eaque rebellio produxit hæresiarchas eorumque asseclas, quibus nimirum utpote exitio devotis auxilium Deus denegat suum, ne virtus sit coacta, ne pulchrum maneat sine præmio, neque sic omnino peccatum e necessitate quadam oriri asseratur. Eadem porro mali dæmonis astutia multos qui ab honesta ac morigera naturæ indole defecerant, contra Dei cultores exstimulavit et in furiosos impetus concitavit.

ι'. Οὕτως οὖν κεκανονισμένου τοῦ ἀγαπᾷν καὶ τῆς ἀγάπης, ἐκ τῶν ἄνω δι' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ οἷα καὶ γεωργοῦ κατεσπαρμένης ἀνέκαθεν ἐν τῷ κόσμῳ, ἐπὶ εὐφορίᾳ καρποῦ θείαις ἀποθήκαις προσήκοντος χρὴ καρπογονεῖν καὶ ὑμᾶς εὐγενῶς, καὶ συγκομίζειν τὸ κάρπωμα ἐντελῶς, καὶ μὴ ἀφιέναι μηδὲ σμικρὸν γοῦν τι αὐτοῦ παραῤῥιπτεῖσθαι εἰς ἀποτροφὴν σπερμολόγοις ὀρνέοις δαίμοσιν, οἳ τὰ τοῦ Θεοῦ περιερχόμενοι λήϊα λυμαίνονται εἰς ὅσον δύνανται, πραγματείαν μὲν τιθέμενοι, καὶ ἐκριζοῦν τὸ πάμφορον καὶ κάλλιστον φυτὸν τῆς ἀγάπης, καὶ καταῤῥιπτεῖν προθέλυμνον ἐπὶ φορᾷ παντελεῖ, μῖσος δὲ ἀντεμφυτεύειν βαθύῤῥιζον· εἰ δὲ μὴ εὐσθενῶς εἰς τὸ μέγα τοῦτο κακὸν ἔχοιεν, ἄλλος γοῦν αὐτὸ κολοβοῦντες ἐπί τι, καὶ τῆς ὁλότητος ἐφ' ὁποσονοῦν πυραλύοντες. Ἴσχυσεν οὖν ποτε ὁ τῷ ὄντι κακομήχανος καὶ κατὰ τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης νεανιεύσασθαι· καὶ ἡ μηχανὴ αὕτη ἐξέφηνε τούς τε αἱρεσιαρχήσαντας καὶ τοὺς ἠκολουθηκότας αὐτοῖς, Θεοῦ συστέλλαντος πάντως ἐνταῦθα τοῖς ἀπολωλόσι τὸ αὐτοῦ ἀντιληπτικὸν, ἵνα μὴ τὸ ἐνάρετον ἀκουσιάζοιτο, καὶ γένοιτο ἐντεῦθεν ἀγέραστον τὸ καλὸν, καὶ οὕτως ὡς ἐξ ὑπαγωγῆς παῤῥησιασθείη ἐφ' ἅπασι τὸ ἐφάμαρτον. Ἡ δ' αὐτὴ μηχανὴ τοῦ κακοτέχνου δαίμονος πολλοὺς καὶ τοῖς τοῦ Θεοῦ θεραπευταῖς ἀντέστησε, καὶ προσβολαῖς ἐνθέοις ἀνθώπλισεν, ἀπειπαμένους τὸ πρὸς ὀρθότητα φύσεως καθῆκον τίμιον καὶ εὐπειθές.

11. Atqui hæc non semper neque in multis perficere malus dæmon potest. Cum enim gravia scelera ab improbis haud facile committantur, et peccantes summum periculum incurrant, ille non omnino aut absolute iis insistit, sed imminuens ejusmodi pravas actiones et ad parvum numerum reducens, impavidos adoritur, et magna non solum, sed etiam minima derelinquit, quoniam fraudis retia adversus illos explicare nequit; adversus infirmiores autem, qui vel omni auxilio sunt destituti vel parum opis in sese habent, omnis generis casses tendit. Tales nimirum etiam nos sumus, ego qui hæc ad vos pronuntio, et vos qui auditis, homines imbecilli et omnino impotentes, in quibus haud pauci, sese viribus pollere autumantes, prorsus inermes deprehenduntur, licet nos vana fiducia elati infinita armorum copia instructi esse nobis videamur.

ια'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ εἰσαεὶ, οὐδὲ εἰς πλῆθος ἔχει ἐξανύειν ὁ πονηρός. Ἐπεὶ γὰρ τὰ κατὰ τῶν μεγάλων πταισμάτων οὔτε ῥᾴδιον ἐκτελεῖται τοῖς ῥᾳδιουργοῦσι, καὶ κίνδυνος δὲ μέγας αὐτοῖς ἐγκλίται διαμαρτάνουσιν, οὐδὲ ἐκεῖνος ἀπισχυρίζεται διόλου ἐπὶ τοιούτοις, ἀλλὰ σχάζων τὰς τοιαύτας κακοτεχνίας καὶ σπανίζων αὐταῖς, διαχειρίζεται τοὺς μὴ φοβεροὺς, καὶ ἀφίησι μὲν τά τε μέγιστα καὶ ὅσα δὲ ἄλλως ἀρχοειδῆ, ὅτι μηδὲ δύνανται καταπετανύειν αὐτῶν τὰ τοῦ δόλου δίκτυα· καταρτίζει δὲ πάναγρα κατὲ τῶν ταπεινοτέρων, καὶ οὕτως ἥ, παντελῶς ἀβοηθήτων, ἢ ὀλίγα δεδυνημένων ἑαυτοῖς ἐπικουρεῖν. Τοιοῦτοι δὲ δήπουθεν καὶ ἡμεῖς, ἐγώ τε δηλονότι ὁ ταῦτα κράξας, καὶ ὑμεῖς οἱ ἀκούοντες, ἄνθρωποι ἀσθενεῖς, καὶ οἱ μὲν πάντη ἀνίσχυροι, οὐκ ὀλίγοι δὲ, δοκοῦντες μὲν ἰσχύειν, ἄλλως δὲ μικροῦ καὶ ἄχειρες, εἰ καὶ ταῖς κεναῖς καραδοκίαις πλάττομεν ἡμᾶς αὐτοὺς εἰς ἑκατόγχειρας.

12. Contra tales igitur (sunt autem ubique terrarum permulti et, ut vere dicam, innumeri) insidians diabolus Deoque inimicus retia sua protendit, et quia charitatem luciferam in nobis

ιβ'. Τῶν γοῦν τοιούτων (πολλοὶ δέ εἰσι μυριαχοῦ τῆς γῆς καὶ ἀληθῶς ἀμύθητοι) καταπετάσας ὁ θεομίσητος θηρατὴς διάβολος τὰ κατ' αὐτὸν λίνα, ἐπεὶ πῆ βλέπει τὴν φωσφόρον ἀγάπην ἐν ἡμῖν πολιτευο-

μένην, καὶ μεθοδεύουσαν ἀπάγειν αὐτὸν ἐξ ἡμῶν, ἀντειστάγει τὸ σκοτεινὸν μῖσος, καὶ παῤῥησιάζει καθ' ἡμῶν αὐτὸ, καὶ οὕτως ἐντρίβει πάντας τοὺς καθ' ἡμᾶς. Καὶ οἷα μὲν τοὺς ἄλλους διατίθεται, οἴδασιν οἱ πειρώμενοι· ἐμὲ δὲ φιλονεικεῖ καὶ θανάτῳ προπέμψαι· καὶ ἂν ἐξέπραξεν αὐτὸ πάλαι, εἰ μὴ φανερῶς πρὸς ἐμοῦ ὁ Θεὸς, ἀνεχόμενος καὶ εἰσέτι περιεῖναί με τῷ βίῳ, εἴ πως ἐμαυτοῦ γενόμενος ἐπιστραφείην εἰς αὐτὸν, οὗπερ ὁσημέραι ἀφορίζων ἐμαυτὸν οὐκ ἐντρέπομαι.

ιγ'. Ἰδοὺ οὖν σήμερον ξενηλατοῦμαι ὑπὸ τοῦ μίσους, καὶ αὐτοῦ εἴθε μὲν ἐκ πολλῶν τινων καὶ περιβλέπτων, ἵνα μαθὼν παμμίσητος εἶναι ἢ διωρθωσάμην, ἢ διεξέφυγον ἐκ μέσου λαθὼν, μήπου δὲ καὶ ἀμφαδόν. Νῦν δὲ ἄνθρωποι οὐδένες ἐπανίστανται ἐπ' ἐμὲ, καὶ λέγουσι τῇ ψυχῇ μου· Οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτῷ, οὔτε ἐν τῷ Θεῷ αὐτοῦ, οὔτε ἐν τῷ βασιλεῖ. Ἀκούετε, ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου, οἷς ἐγώ πέποιθα, τῷ μὲν κατὰ πρῶτον λόγον καὶ καθ' αὐτὸ καὶ φύσει, τῷ δὲ μετ' αὐτὸν καὶ δι' αὐτόν. Καὶ μήν, ὦ ἐχθροί μου, ὁ εἷς καὶ οἱ δύο, οἱ πρόοπτοι λαϊκοί, οἱ γενναῖοι, καὶ ἱεροὶ δὲ ἄνδρες, οἱ καὶ ῥᾷον ἀριθμητοὶ, καὶ οὐδὲ ἐν λόγῳ πολλῷ κείμενοι· παράλληλοι τεθέντες, ἐγώ τε καὶ ὑμεῖς, οὐκ ἂν εἰς ῥοπὴν ἴσην ταλαντευθησόμεθα.

ιδ'. Καὶ οὕτω μὲν ἐγὼ ξενηλατοῦμαι, ὡς οὐκ ἐχρῆν, διὰ μῖσος οὐκ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, τὰ μὲν εἰς ἀνθρωπικὴν διάθεσιν ἀγροίκων, σοφωτάτων δὲ τὰ εἰς θηριακὴν καὶ οἷαν φεύγεσθαι παρὰ τῶν κατ' ἐμὲ δειλῶν· ὃς καὶ ἄλλοτε καρχάροις τούτοις θηρίοις περιτετυχηκὼς, ἀπήλλαξα δυστυχῶς. Ὑμεῖς δὲ, ὦ ἀδελφοὶ, ἐπεὶ ἔξεστιν ὑμῖν ἀνθρώποις εἶναι, καὶ οὐ θηρίοις, καὶ φίλοις, οὔκουν δὲ ἐχθροῖς, καὶ Θεοῦ ἀγγέλοις, οὐ μὴν πονηροῖς, ἔχετε τὸν νοῦν πρὸς ὑμῖν αὐτοῖς, καὶ ἐκκλίνατε τὰς τρίβους αὐτῶν τρεχόντων εἰς κακίαν, καὶ μὴ εὐθυποροῦντων, ἐσομένων δὲ τοιούτων καὶ εἰσαεὶ, ὡς ἔστι τεκμαίρεσθαι ἀκριβῶς. Οὓς γὰρ ἡ πολυετὴς διδασκαλία καὶ ἡ ἐπ' αὐτῇ πραγματικὴ μέθοδος οὐκ ἐνήγαγεν εἰς τὸ ποθούμενον ἡμῖν (ποθοῦμεν δὲ σὺν Θεῷ τὴν κατ' ἐκεῖνον ἀγάπην), τίς ἂν ἐγγυήσηται, ἀκαρῆ μεταβαλέσθαι, ὡς τῆς πολυχρονίου κακίας ἀποστήσεσθαι, ἀνθρώπους αὐτοὺς ἐλλαμπομένους, εἰ κακοὶ προφαίνονται, καὶ εἰς βίου αὐτὸ ἀβρότητα ἐγγράφοντας· οἷς διὰ σπουδῆς ἀνυπερβλήτου γίνεται, καὶ ἑτέρους ἐπισπᾶσθαι πρὸς ἁμαρτητικὴν ὁμοιότητα· ἵνα συγκροτηθέντες ὡς εἰς λεγεῶνα, κατασταῖεν ἀπρόσμαχοι, φαῦλαι κεφαλαὶ, οὐκ ἀγαθοῖς ἐπιστησόμεναι σώμασι, φαλαγγάρχαι στρατιᾶς οὐ Θεῷ φίλης, οὐδ' αὐτοὶ ἀγαθοὶ, οἷς ἃ μὴ συνταττόμενος ἄνθρωπός ἐστι τοῦ Θεοῦ. Διὸ φευκτέον καὶ ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς τοιούτου τάγματος, ὀφείλοντας εἰδέναι, ὡς δαιμονῶσιν οἱ κατὰ τῆς ἀγάπης ἀντίπαλοι. Μήποτε δὲ καὶ ὑπερπαίουσι τὴν δαιμόνιον κακίαν. Οὐ γὰρ κακὸς ἁπλῶς ὁ οὕτω κακὸς ἄνθρωπος, ἀλλά που καὶ ὑπὲρ αὐτὸν δαίμονα. Εὕρηνται οὖν λογισμοὶ πονηροὶ, οὓς δαίμων μὲν οὐκ ἔφθη προβαλέσθαι, ἄνθρωπος δὲ πονηρὸς προὐβάλετο ἄν.

habitantem eumque e nobis expellere satagentem non animadverti, tenebrosum odium conatur introducere, deprædicans istud tanquam acceptabile quid, et sic nobis omnibus negotia facessens. Jam quomodo alios adoriatur, sciunt ii qui eum experti sunt. Me autem etiam morti tradere studet; et dudum jam hoc perfecisset, nisi aperte causam meam defenderet Deus, qui hucusque me superstitem voluit, si forte mei conscius revertar ad ipsum quem quotidie deserere, proh dolor! non erubesco,

13. Ecce igitur hodie proscribor ab odio, et utinam ab odio multorum et illustrium! ut sciens me omnibus invisum esse, aut defenderem me, aut e medio digressus laterem nec alicubi apparerem. Nunc vero homines nullius frugi in me assurgunt et animæ meæ dicunt: Non est salus ei, neque in Deo ejus, neque in rege. Audite, mi Deus et mi rex, in quibus fiduciam collocavi, in illo quidem ab initio et per se et naturæ convenienter, in hoc autem post illum et propter illum. Vos autem, o inimici mei, qui vix binarium numerum exceditis, vos laici probi quos antea novi, et viri sacri facile numerandi nec magni faciendi, si nos coram constituemur, ego nimirum et vos, non pari lance trutinabimur.

14. Et sic equidem in exsilium mittor, uti non decebat, per odium virorum haud bonorum, qui humanitatis prorsus expertes propendent in ferarum naturam, et quorum immanitatem amici mei timore perculsi fugiunt; ego, inquam, qui jam semel, cum in illas feras bestias incidissem, ægre eas effugi. Vos autem, o fratres, quandoquidem vobis licet homines esse, non feræ, amici, non inimici, angeli divini, non mali, vobismet ipsis attendite, et declinate a semita illorum qui versus malitiam tendunt nec recta via procedunt, qui erunt semper iidem, ut augurari licet. Quos enim diurna disciplina eique conformis institutio non perduxit ad id quod nos desideramus (desideramus autem cum Deo simul charitatem divinam), quis spoponderit eos uno temporis momento ita immutatum iri, ut ab inveterata malignitate desistant, siquidem ubi mali apparent, sese excellere et gloriam inde adipisci opinantur? Sane maximo studio in hoc incumbunt, ut alios quoque in peccati societatem pelliciant, ut velut in legionem conglomerati invictos se exhibeant, mala capita, malis imposita corporibus, duces exercitus Deo non dilecti, et ipsi haud boni, utpote quibuscum homo Dei nil commune habet. Quare vos quoque omnem ejusmodi societatem aversari debetis, bene scientes, charitatis inimicos a diabolo obsessos teneri. Ac propemodum dæmonis malitiam superant. Homo enim sic malus non simpliciter malus est, sed pejor ipso dæmone. Sunt enim pravæ cogitationes quas, licet dæmon non protulerit pravus tamen homo proferre haud recusat.

15. Et hic meditanda quæ narrantur de beata Theodora, quæ se esse masculum simulavit et apud sanctos viros vixit, monasticaque in vita decessit. Ipsam enim et alias quotquot morem eumdem sequuntur (multæ autem illæ) iniquus homo faciliter avertendas a sancto agmine in mente habuit, si ab ista communi vita et virtutibus quæibi columtur eas deterreret. Perverse enim compertum habens, mulieres quæ viri nomen præ se ferunt, apud solos versari ascetas, sicut et juvencæ in medio boum, in sanctas mulieres in ruinam vires sumpsit. Non enim qui mulieres quæ sic vixerunt post mortem laudaverunt, vivas permittere ausi sunt apud ipsos manere. Et talia quidem iniquus cogitavit. Malitia vero peritissimus iste inibi simile aliquid proficiendum non habuit. Attamen alia absque adinventione curavit somnium saltem venerabilissimorum ascetarum quidem supervenire, et improbe suggerere circa hanc et illam et aliam sanctam cogitationes, quemadmodum olim Pilati uxorem docuit, suggerens pessima, licet perficere non valuerit. Nec sic quod voluit, assecutus est, sed latuit, ut ita dicam, inter sanctas virgines illas electa ista, tum monachos qui una degebant, tum dæmonem malignum.

ιε'. Καὶ ἐνθυμητέον ἐνταῦθα τὰ κατὰ τὴν μακαρίαν Θεοδώρων, τὴν ὑποκριναμένην τὸν ἄῤῥενα, καὶ ἀνδράσιν ἁγίοις συμβιοτεύσασαν, καὶ συντελειώθεῖσαν μοναχικῶς. Ἐκείνην γὰρ καὶ τὰς ἄλλας, ὅσαι κατ' αὐτὴν (πολλοὶ δὲ ἐκεῖναι), κακὸς μὲν ἄνθρωπος εἶχεν ἂν ῥᾳδίως ἀποστῆσαι τῆς ἱερᾶς ἀγέλης, εἰ τῆς μετ' ἐκείνων συμβιώσεως καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἀρετῆς αὐταῖς ἐνεκότει. Καταμηνύσας γὰρ δυσμενῶς, ὅτι γυναῖκες, ἀνδρὸς προβεβλημέναι ὄνομα, περὶ μόνους εἱλοῦνται τοὺς ἀσκητάς, ὡσεὶ καὶ δαμάλεις ἐν μέσῳ θατέρου γένους βοῶν, ἠρίστευσεν ἂν κατὰ τῶν ἁγίων γυναικῶν εἰς ἀπώλειαν. Οὐ γὰρ οἱ μετὰ θάνατον ἐκείνας ὑπερθαυμάσαντες οὕτω βεβιωκυίας, ἠνέσχοντο ἂν ζώσας ἀφεῖναι μένειν παρ' αὐτοῖς. Καὶ οὕτω μὲν πονηρός τις ἂν μεθώδευσεν· ὁ δὲ τὴν κακίαν ἐπιστημονικώτατος ἐνταῦθά γε οὐκ ἔσχε σοφίσασθαί τι τοιοῦτον. Καὶ μὴ εἶχε δίχα καταμηνύσεως ἑτερολας ὅναρ γοῦν ἐπιστῆναι τῶν τινι σεμνοτέρων ἀσκητῶν, καὶ περιπονήρως ὑποβαλεῖν τὸ κατὰ τῇδε καὶ ἐκείνης καὶ ἄλλης τῆς ἁγίας νόημα, ὥσπερ ποτὲ καὶ τὴν γυναῖκα τοῦ Πιλάτου κατήχησε πονηρὰ βουλευσάμενος, εἰ καὶ μηδὲν ἴσχυσεν ἔμπρακτον. Ἐποίησε δὲ ὅμως οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ ἔλαθεν, ὡς οὕτως εἰπεῖν, ἡ τῶν ἁγίων ἐκείνων γυναικῶν λογὰς, ὥσπερ τοὺς συμμονάζοντας, οὕτω καὶ τὸν τῆς κακίας ἐπύπτην δαίμονα.

16. Et exinde suspicari est, sicut ex aliis multis, quod iniquus homo aliquando et dæmonem ipsum superet in machinando, ita ut dicere possis in istis ab iniquo homine dæmonem superari. Quare ergo non vitandus sit qui istiusmodi est et de diabolo insultandum? « Tu, inquit, conteres caput, ejus [1] » id est serpentis, et ille, o homo, calcaneum tuum. Et iniquus homo, calcaneum sortitum quidem respicere sino, sed cujus ad caput vult tendere, ipsiusque elatæ divine dictis laudibus, ut in ostentationem se componat. Fuerit ergo magnum illud caput sanum cerebrum non sortitum, nisi declinans ab iniquo isto serpente caveret; siquidem et constantes animo viri, quotquot experti sunt serpentes saltu primo quasi volantes sagittæ instar et in faciem irruentes, cum tale animal aerium vident ut pessime solet volantem, excubias habent et pro facie et pro reliquo capite, nec manibus tantum, sed et districtis armis quibus et appropinquans bestia in frusta secatur. Et ista quidem ab integritate una in partes scinditur, qui autem vigilans fuit et salvus remanet et inter prudentes inscribitur, in salvato capite serpentis more lucratus salutare quoddam antidotum.

